

ad pragmaticam sanctionem in tit. De amato cum sua temeraria, & sacrilega glossa in verum amata. ibi videas.

141 Quinto, & ultimo QUÆR. juxta ordinem initio propositum, an dantes pecuniam Papæ pro collatione beneficii sint simoniaci.

Et quidem in illis casibus, in quibus etiam Papæ potest involvi crimine simoniae secundum ea, que dicta sunt in 3. q. n. 53. extra dubium est eodem vitio involvi solventes pecuniam pro beneficii collatione. In alijs vero, in quibus papa simoniam non committit, eo quod sint simoniaci quia prohibita, Abb. in præall. c. Ex tirpanda, §. Qui vero, num. 57. de preben. post Specul. in tit. de legat. §. Nunc breviter, putat nihilominus eum, qui dedit pecuniam Papæ, non esse tutum quoad Deum, & ligari Constitutione Papali contra simoniacos promulgata, licet ipse Papa sua Constitutione non ligetur. Nec mirum esse ut anas ligetur, & alter non; quia hoc contingit propter diversas personarum qualitates:

142 nam Papa idcirco non ligatur, quia nemo potest ligari à seipso, cum nec seipsum possit absolvere, ut in cap. simi. de peniten. & remiss. Discretio enim personarum esse debet inter agentem, & patientem, cum sint correlativa,

143 que in eodem subiecto esse non possunt, ut in c. fin. de institut. in c. Debitum, de legat. & in c. Per resfrat. de iur. pari. Ab subito nihil obstat quominus ligetur, cum Constitutione prohibens remaneat firma, nec fuerit sublata per habentem potestatem illa vice dispensandi. Sic etiam videmus multoties in facto inseparabili unum peccare, & puniri, & alium non, ut in cap.

144 In lectum, 24. q. 1. Exemplum ponit Joan. Andr. in reg. Cui licet, in Mercar. lib. 6. ubi format questionem in his terminis, videlicet, Statuto Episcopi cavetur ut hidentes ad hazardum sint ipso jure excommunicati. Ludit Episcopus statuti Coaditor cum Titio, queritur an uterque in excommunicatione incidit. Et post multa determinat Episcopum non incidisse, sed Titium dumtaxat, quia Episcopus sua Constitutione adstringi non potuit. Ita ergo in proposito, tamen si Papa, qui ex pacto pecuniam recipit, simoniam non committit in his, que sunt prohibita de jure positivo tantum; nihilominus pecuniam dantes à simoniae labe non sunt immunnes.

145 Sed certe Abbas videtur falli, quia papa dum facit actum prohibitum, super quo potestatem habet dispensandi cum inhabili, intelligitur tacite dispensare, l. Idem Valprianus, ff. De excus. tutor. l. Quidam consulebas, ff. De re iudic. l. Imperiale, vers. Sed si talis, Cod. De nepot. Oldrad. cons. 71. n. 4. Et ad hoc accedit. Calder. cons. 31. num. 3. vers. Item queritur, alia 8. de rescript. Bald. cons. 446. Recole me consulisse, num. 7. vers. Præterea quando Princeps, lib. 5. Innoc. & communiter DD. in c. Diversi salacens. infra, de Cleric. coning. Et hanc esse magis communem opinionem testatur Nata cons. 402. num. 9.

146 Non ergo procedit quod dicit Abbas dante pecuniam Papæ pro collatione beneficii simoniam committere, licet papa illam non committat, eo quod Constitutio prohibitiva non sit suspensa. Imò enim Papa gerendo actum, satis

censetur illam suspendisse, & cum contrahente secum dispensasse, cum hæc sit natura correlativorum, ut concessio uno censetur concessum, & aliud, l. fin. c. de iudic. videtur, tollen. Gemin. in c. eos, de tempor. ordin. lib. 6. Felin. in terminis in c. i. n. 2. vers. In quantum Abbas, de simonia. Unde quemadmodum Constitutio non adstringit Papam illius conditorem; ita nec contrahentem cum ipso. Nec urget simile de Episcopo; quia inferior à Papa faciendo actum contrarium non censetur tacite dispensare sicut Papa, ut notat Innoc. in d. c. Diversi, & in c. Veniens, & ibi etiam Doctores, de fil. Presbyteri. Unde merito Abbas dicitur inter Papam, & Subditam referri præpositus in c. Latorem, n. 2. ver. Mihi videtur quod P. in norm. annis fallatur. 1. q. 1. & Felin. loc. cit.

DE PACTIS.

Cap. Accepimus.

S U M M A R I U M.

- 1 Pactum de succedendo post mortem Prælati in ipsius Ecclesia non valet. & num. 12. & 14.
- 2 Dignitas Ecclesiastica non acquiritur successione, seu iure hereditario, sed canonice institutione.
- 3 Pactum futura successione in beneficijs Ecclesiasticis votum cap. ante mortem inducit.
- 4 Educari non debet apud substitutum ex fideicommissis, cui per obitum succedendum est.
- 5 Pactum de hereditate vivens valet, dummodo ille consenserit, & in consensu usque ad mortem perseveraverit.
- 6 Pactum de succedendo in beneficio non sustinetur ex consensu beneficiarii.
- 7 Successio in beneficio vivens à iure improbat in vocatione per obitum dumtaxat, non autem per matrimonium, per ingressum religionis, aut per alios modos vocationis.
- 8 Pactum interum tempore prohibito non valet, licet eius effectus conferatur in tempore permisum.
- 9 Citatio, que fit die feriato pro non feriato, non tenet.
- 10 Actus confirmari non potest si ad sit inhabilitas persona à principio.

- 11 Heres potest institui in tempore cum capere poterit.
- 12 Principium an sit speculandum, vel finis.
- 13 Successio in Ecclesia Dei est detestabilis, & Canonibus nimia.
- 14 Beneficium non potest alicui conferri ab Episcopo cum pacto, ut expositi mortem alius succedat.
- 15 Prælatum non potest sibi eligere Successorem nisi cum auctoritate Romani Pontificis.
- 16 Papa an possit sibi Successorem substituere. & num. sequ. usque in fin.
- 17 Referantur auctores, & fundamenta pro opinione affirmativa. & num. sequ. usque ad nu. 29.
- 18 Christi omnis actio nostra est instructio. Declaratur. num. 55.
- 19 Petrus Clementem sibi Successorem instituit. & num. 57. & sequ.
- 20 Clementis Episcopi 1. de eius substitutione in Papatu

pactu referatur. Illius fides expenditur. nu. 59.

21 Bonifacius II. in Concilio Romano Vigilium sibi Successorem instituit. Sed factum illud in Synodo iterum congregata fuit ab omnibus reprobatum. num. 60.

22 Pontifices plures referuntur, qui Successores sibi elegerunt.

Contrarium. num. 33. Declaratur. num. 61.

23 Papa ante transiitum suum potest cum fratribus de Successore decernere, ac deliberare.

Declaratur. num. 62.

24 Papa potest esse specialis gratia indulgere Episcopo, ut in mortis articulo sibi Successorem designet. & num. 63.

25 Adrianus I. Carolus Magnus, & Leo VIII. Orbani I. de derunt potestatem eligendi, seu conformandi Romanum Pontificem.

Contrarium. num. 64. Declaratur. num. 65.

26 Papa potest Constitutiones facere super electione Successoris.

Declaratur. num. 67.

27 Papa non prohibetur sibi Successorem eligere nisi de iure Canonico.

Contrarium. num. 38. & sequ.

28 Papa non ligatur Constitutionibus Prædecessorum etiam in generali Concilio editis.

29 Referuntur Auctores, & fundamenta opinionis negativa.

30 Paulus III. persuasus à Cardinali S. Marci ut sibi Successorem eligeret, omnino respuit.

31 Constitutio à Papa, vel à Collegio Cardinalium valide fieri non potest, ut Romanus Pontifex possit sibi Successorem instituere.

32 Papa non potest immutare statum Ecclesie.

33 Tempore inhabili, vel habili aliquid gerere paria sunt si effectus conferatur in tempore inhabili.

34 Potentia eius est, cuius est actus.

35 Papa potestati repugnat potestas electiva Papæ.

36 Papa, & Episcopus se habent ad Ecclesiam sicut vir ad uxorem suam.

37 Papa prohibetur sibi instituere Successorem iure nedum Canonico, sed etiam divino, & naturali. & num. sequ. usque ad num. 54.

38 Principis Summi institutionem sibi Deus reservavit.

39 In Electione Papa quanta sit virtus Spiritus sancti.

40 Sanctuarium Dei iure hereditario possideri non potest.

41 Petro per illa verba, Pasces oves meas, non sinit collata potestas sibi Successorem instituendi.

42 Vicarius non potest suam potestatem alteri committere.

43 Potestatis defectus in agente semper reddit actum ipso iure nullum.

44 Reditus Ecclesiarum dare consanguineis cur gravius sit peccatum, quam dare extraneis.

45 Cæci sunt Episcopi erga nepotes.

46 Prælationem alicui conferre quia est consanguineus, est acceptio persone, qua opponitur iustitia distributiva.

47 Prælatum oportet esse optimum, & perfectum virtute.

48 Papa qualis eligendus.

49 Exceptio aratis, dummodo ad sit rationis usus, contra electum à duobus partibus, Cardinalium

non admittitur.

50 Questio de ambiguis, & ineptis fieri non debet.

51 Cardinalium Collegium est honorabilis Ecclesie membrum.

Cardinalium Collegium iure eligendi Romanum Pontificem privatus non potest. ibid. & nu. seq.

52 Error futurus 10 annis v. uideff.

53 Petrus ministerialiter etiam ab Apostolis electus fuit.

54 Pontificatus auctoritas non à quotibus, sed à Deo instituta est.

55 Petri factum sibi Clementem Successorem substituentis non est tradendum ad consequentiam.

56 Clemens à Petro electus renunciaris papatus, & cur.

57 Pontificum nullus præter Beatum Petrum, & Bonifacium II. sibi Successorem substituit, sed tantum designavit.

58 Alii multa indulgemus, que nobis indulgere non possumus.

59 Cap. Adrianus, & cap. In Synodo, 63. distin. auctoritas, & fides expenditur.

60 Papa non potest alteri tribuere facultatem eligendi Romanum Pontificem.

61 Nemo potest per alium facere quod per seipsum facere non potest.

62 Leges prohibitive feruntur ab Ecclesia etiam de his, que lege divina damnantur.

63 Pastore aliquandiu carere minus malum est, quam discalium, Aulum, & malum habere.

**A**CCEPIMUS. Non valet pactum de succedendo post mortem Prælati in ipsius Ecclesia. Hoc dicit: Prima pars narrat excessum, quem secunda præcipit corrigi, ibi, Verum.

Nota primò, pactum futura successione in beneficijs Ecclesiasticis non valere, ut hic est casus secundum Joan. Andr. Bald. Bellam. Cardin. & omnes. Exemplificat Petrus de Sampone in Ecclesia ere alieno gravata, quam se non locuples volebat recipere exonerandam, eo tamen pacto ut nepos in illa sibi succederet: & sequitur Joan. Andr. num. 1. in ver. Alij, Bellam. in princ.

2 in eod. ver. & Butr. num. 1. Quod duplicem habet rationem. Primà ratio est, quia Ecclesiastica dignitas non acquiritur successione, seu iure hereditario, sed Canonica institutione, c. Apostolica, 8. quest. 1. & cap. Ad extirpandos, supra de fil. Presbyt. & hic notat Butr. in 3. notab. & Imol. num. 1. Altera ratio est, quia huiusmodi pactum inducit votum captandæ mortis, ut l. De fideicommissis, c. De transact. & l. fin. c. De pacto, ubi dicitur: omnes huiusmodi pactiones odiosæ esse videntur, & plene tristissimi, & periculosa eventus cap. Nulla, infra, de concess. preben. ibi, (ne desiderare quis mortem proximi videretur, in cuius locum, & beneficium le crediderit succedendum) cap. De rebanda, eod. tit. lib. 6. ibi, (alienæ mortis votum ingeritur, & Ecclesijs, & prælati, ac personis Ecclesiasticis gravamina plurima inferuntur) & cap. Ne captandæ, eod. tit. & lib. Nefas autem est alicujus mortem sperare, l. Inter stipulantem, §. Sacram, ff. De verb. obligat. l. Pater Severinam, §. Sacrus, ff. De condit. & demonstr. ubi dicit glossa, Mulieres multum gaudere de morte maritorum, Bald. hic nu. 2.

& ob hanc rationem leges civiles sanxerunt, ut quævis possit quis habere spem succedendi ex fideicommissio eo quod illa non sit hereditas viventis, sed defuncti, ut c. Raynuitus, in fr. de testam. tamen apud substitutum morari non debeat is, cui per obitum succedendum est, ut l. ult. c. Vbi pupill. educat. deb. & hic notat Petr. de Anchar. num. 2. vers. Ex fideicommissis. Non obstat quod valeat pactum de hereditate viventis, dummodo ille consenserit, & in consensu usque ad mortem perseveraverit, ut l. fin. c. De pact. Quoniam respondetur speciale esse in beneficiis Ecclesiasticis, ut quoad hoc consensus beneficiati nihil operetur. Et est ratio specialitatis, quia non spectat ad eum dare successorem in beneficio, d. cap. Detestanda, de concess. preb. lib. 6. & notat gloss. in d. c. Nulla, in ver. Condemnare, in fr. cod. tit. Joan. Andr. hic num. 2. Bellam. in princ. in 1. oppos. Butr. n. 6. & Card. n. 2. in 1. oppos.

7. Porro cum hæc ratio captandæ mortis alienæ in hac materia successione in beneficiis Ecclesiasticis sit præcipua, ex hoc notabiliter infero ut successio hujusmodi à sacris Canonibus non improbetur nisi in vacatione per obitum ejus, cui succeditur in beneficio. Secus si vacatio contingat per alium casum, quam mortis, puta per contractum matrimonii, per promotionem, vel affectionem incompatibilis, aut per ingressum religionis, quia in his casibus Papa potest facere prout quotidie facit gratias de beneficiis viventium, cum esset ratio ante dicta, ut ex tylo Cancellariæ excipitur in literis casus vacationis per mortem. Ita post Collectar. notat hic Bellam. n. 4. in 4. quest.

8. Secundo nota ex hæc Decretali secundum Petr. de Anchar. in 1. notab. & Joan. de Anan. num. 1. pactum initum tempore prohibito non valere, licet ejus effectus conferatur in tempus permissum, in lar citationis, quæ sit die feriatu pro non feriatu, quæ similiter non valet, ut notat Barr. & Doctores in l. 1. §. Nunciatio, ff. De nov. oper. num. Canonista in c. fin. infra, de ser. & est opinio vera, & communis, ut per Lanfranc. de Oriano in reper. c. Quoniam contra.

9. Citations, vers. Tandem queritur, de probat. Similis regula habetur in l. Si minor, ff. de ser. expart. ubi actus confirmari non potest si adit inhabilitas personæ à principio, licet conferatur in tempus permissum, & ita ibi est casus 1. secundum Bald. Sed contraria regula habetur in l. in tempus, ff. De hered. instit. ubi patet posse institui heredem in tempus cum capere potest.

10. Materia est brochardica, sed dici potest in casu hujus cap. Canonem resiliere à principio ex justa causa ut vitetur votum captandæ mortis, & ideo pactum non subsistere licet effectus conferatur in tempus habiles, secundum Anchar. & Joan. de Anan. locis citatis. Vel dic in ultimis voluntatibus, quæ morte confirmantur, hæc esse attendendum, & ita procedit textus in d. l. in tempus. In pactis verò, & ubi agitur de viribus contractus, spectandum esse initium, ut in d. l. Si minor, & ita declarat Henric. Boich. in c. Dudum, il primò, num. 14. vers. Si queratur, de viribus, relictorum, & num. 21. vers. Si de viribus contractus, supra de elect. & ibi plenè videas de hoc brocardo, utrum initium sit spe-

ctandum, an non? ubi materiam, à num. 7. ferè per novem columnas luculenter examinat. Plura etiam in proposito cumulat Everard. in sua Centuria legali in loco, à virtute suis; & adde Abb. in c. De uxore, num. 2. & 4. infra, de sepul. tur.

13. Tertiò nota successorem in Ecclesia Dei non esse aliquatenus tolerandam, quia est iniqua, detestabilis, & sacris Canonibus inimica, ut dicitur in textu. Canones autem eam improbant allegantur hic in gloss. ult. Non obstat, cap. Petrus, 7. qu. 1. quia ibi fuit specialis indulgentia Papæ, ut hic notat Holt. num. 2. in ver. Omnia frivolas, Bellam. in princ. vers. Non obstat, Butr. num. 8. & Joan. Andr. in fin. dicendam tenere Goffred. Tancred. & Hostiens. in cap. Constitutus, infra, de concess. preb. & eodem modo respondet Holt. hic num. 2. ad cap. Constitutus, in fr. cod. tit. Vel dic melius illum textum non obstat, quia loquitur de potestate conferendi primum vacaturum, hic verò de pacto succedendi, secundum Anton. de Butr. num. 8. vers. Oppos. ad idem, & Card. num. 2. in 2. oppos. Verbaliter solve, ut hic per Cardin.

14. Ultimò nota Episcopum non posse Ecclesiam alieui conferre cum pacto, ut ei post mortem alius succedat Butr. hic in 2. notab. Quod secundum Abbatem facit ad questionem, numquid 15. Prælati possit sibi eligere successorem, & concluditur non posse, c. Episcopo non, ac ferè per tot, & q. 1. nisi cum auctoritate Papæ, ut probat text. in d. c. Petrus, 7. qu. 1. ubi hæc facultas successorem sibi eligendi in mortis articulo tribuitur à papa Archiepiscopo Moguntino ex speciali gratia; sed de intellectu illius textus vide, quod scripsi in cap. Nulla, n. 48. & 49. & 78. in fr. de concess. preb.

16. QUERO, An Papa possit sibi successorem substituere.

17. In partem affirmativam inclinat Petrus Episcopus Brixien. in suo magno Repertorio in ver. Papa, ubi relata opinione glossæ, in c. Apostolica, d. qu. 1. sententis papam non posse sibi eligere successorem: fortè, inquit, hoc non est verum, quia hoc tantum videtur prohibendum de jure positivo, contra quod papa potest dispensare, sed tandem cogitandum relinquat. Hanc tamen opinionem sustineri posse in via disputativa, & de potestate absoluta, firmat Dec. in c. Licet de vitanda, num. 8. vers. Sed tamen disputative, supra de elect. & ex Theologis eam sequuntur Victor. in relect. de potest. Eccles. q. 2. num. 23. Martin. Ledesin. 2. q. 20. conclus. 2. cum duab. segg. pag. 313. Suarez, de fide, tract. 1. sect. 4. num. 16. & Gabr. Valsq. tom. 3. in 3. part. disp. 244. c. 3. à n. 2.

18. Pro qua affertur primò exemplum Christi Domini, qui suo arbitrio Petrum sibi successorem instituit cum post resurrectionem dixit ei Jo. 21. Pascite oves meas, c. Significasti, & ibi gloss. in ver. Pascite, Abb. & Dec. ambo in 3. notab. supra de elect. Ergo id ipsum licebit Romanis Pontificibus, qui vices Christi gerunt, c. Ad apostolicæ, §. Nos itaque, de re iudic. lib. 6. quia omnis Christi actio nostra est instructio, d. cap. Significasti. Quo argumento utitur Dec. in d. c. Licet, num. 7.

19. Secundo ad hanc partem inducitur text. in cap.

cap. Si Petrus, 8. qu. 1. ubi refertur B. Petrum Apostolorum principem sibi eligisse successorem 20. Sanctum Clementem. Quod ipsemet Clemens attestatur in Epistola prima ad Jacobum fratrem Domini dicens: (Simon Petrus in ipsis diebus, quibus vita: finem sibi præsentit, apprehensa manu mea repente conflurgens, in auribus totius Ecclesie hæc protulit verba: Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui fuit meæ prædicationis, & doctrinæ Cathedram tradidi;) ut refertur in c. Unde, ead. cau. & quest. & latius in eadem Epistola, quæ habetur integra tom. 1. Concilior. par. 1. fol. 27. col. 1. Hoc autem Petrus utique non fecisset, si jure divino, & Christi institutione prohibuit extitisset, c. Sunt quidam, 25. q. 1.

21. Tertiò ad idem affertur decretum, quo Bonifacius II. in Concilio Romano I. Vigilium Diaconum sibi successorem delegit anno Christi 531. Cum enim Gothorum Reges impiè sibi usurpassent electionem Romani Pontificis, Bonifacius Ecclesie consultum putavit, ut nullo relicto Sedis vacantis loco, successorem sibi constitueret. Cujus rei meminit Anastasius Bibliothecarius in vita ipsius Bonifacii: & habetur tom. 2. Concil. par. 1. fol. 643. col. 2. & fol. 646. col. 3. in hæc verba: (Hic scilicet Bonifacius) congregavit Synodum in Basilica Beati Petri Apostoli, & fecit constitutum, ut sibi successorem ordinaret. Quo constituto cum chirographis Sacerdotum, & jurejurando ante confessionem B. Apostoli Petri in Diaconem Vigilium

22. constituit. Hæc ibi: nec desunt alia exempla his similia: nam Gregorius VII. miraculis clarus Salerni ante tertiam diem sui obitus rogatus ab Episcopis, & Cardinalibus, qui tunc aderant, ut de Romana sedis post obitum suum ordinatione juberet, hortatus est ut Desiderium Pontificem faceret, aut Origenem Lugdunensem Archiepiscopum, aut Othonem Hostiensem Episcopum. Sicque post ejus mortem electus fuit à Cardinalibus ipse Desiderius, & Victor III. vocatus. Et subinde idem Victor gravi dysenterie morbi laborans, convocatis ad se Episcopos, & Cardinales jusse, ut juxta Gregorij Papæ voluntatem Othonem Hostiensem Episcopum eligerent, quem manu apprehensum cæteris Episcopis tradidit dicens: (Accipite eum, & in Romana sede Locate.) Rem ut præfertur in Synodo gestam refert Leo Hostiensis, lib. 3. c. 71. & habetur tom. 3. Concilior. par. 2. fol. 406. col. 4. littera F. Itaque Gregorij tempore de consensu Patrum astantium statutum fuit, ut unusquisque ante mortem eligeret sibi successorem, prout Gregorius anno 1085. elegit Victorem III. Victor III. Urbanum II. anno 1086. Urbanus II. Paschalem II. anno 1099. lege Gardin. Baron. ad annum Christum 1085. fol. 188. & ad annum 1087.

23. Quarto ad hanc partem inducitur textus in c. Si transiit, 79. dist. ubi innuitur Papam posse ante transitum suum de successore decernere, & deliberare. Videtur enim hujusmodi decretum & deliberatio habere in Summo Pontifice vim Canonice institutionis, arg. l. Quoniam, c. Detestam.

24. Quintò inducitur textus in c. Petrus, 7. qu. 1. ubi patet Papam posse hanc facultatem sibi eligi Prosp. Fagn. in 2. part. primi Decretal.

gendi successorem alteri tribuere, prout ibi Zacharias papa illam attribuit Archiepiscopo Moguntino. Ergo etiam poterit ipse sibi eligere, c. Potest quis, cap. Qui facit, & c. Nemo potest, de reg. iur. lib. 6.

25. Sextò ad idem inducitur c. Adrianus, il secundo, 63. dist. ubi expressum est hanc potestatem subrogandi successorem in locum Romani Pontificis prædefuncti ab Hadriano I. attributam fuisse Carolo Magno in Synodo Romana: & Bullam hujus concessionis asservatam fuisse Parisijs inter præcipuos Regni Thesauros tellantur gloss. pragmat. sanction. in tit. de amat. in ver. Regalia, & Guilielm. de Benedic. in reper. c. Raynuitus, in ver. Et uxorem, num. 367. de testam. in antiq. impress. & in novis cod. ver. num. 61. Similem concessionem fecit Leo VIII. Othoni I. ut in cap. In synodo ead. dist. Hanc autem potestatem eligendi Papam utique non potuissent Romani Antistites Imperatoribus tribuere si eam non haberent, cum nemo possit dare quod non habet: dicit textus in c. Quomodo, de consec. dist. 4. in c. Dabertan, ibi, Qui nihil habuit, nihil dare potuit, 1. qu. 7. & in c. Quod autem, de inseparr. Ad idem c. Nemo potest, de reg. iur. lib. 6. Quod si hujusmodi potestatem Pontifices exercuerunt per Imperatores laicos, longè magis eam poterunt per ipsos exercere, arg. c. ait, §. 15. autem, supra de off. deleg. facit regula Sexti, qui in ius, & c. Cum contra, de pignor.

26. Septimò allegantur cap. In nomine Domini, 23. dist. c. Licet de vitanda, supra de elect. quæ probant Papam posse constitutiones facere circa electionem sui successoris. Quod hodie apertius constat ex Bulla Gregorij XV. quæ incipit, Aeterni Patris filius, in qua præscribitur nova forma electionis Papæ. Quod igitur eis permittitur per viam legis universalis, debet etiam censei permissum per viam specialis ordinationis, seu intentionis, arg. c. Privilegia, 3. dist. & eorum, quæ not. gl. in c. 1. in ver. Nascatur, de consir. lib. 6.

27. Ultimò hæc prohibitio sibi eligendi successorem in Principatu Ecclesiastico videtur esse tantum de jure positivo, & ex Constitutione Ecclesiæ, ut innuitur in c. Apostolica, §. Hu omnibus, §. q. 1. ubi Gratianus dicit factum B. Petri posse in argumentum assumi ab illis, qui tales sibi eligunt successorem qualem sibi B. Petrus elegit, scilicet S. Clementem. Verum quia officium non vitæ, sed sanguini deferri cepit, ideo statutum est, ne quisquam sui officij sibi quærat successorem. Ex quo, §. Decius, in c. Licet de vitanda, nu. 8. de elect. desumit in primitiva Ecclesia permissum fuisse, ut Papa posset sibi successorem eligere, sed postea hoc fuisse prohibitum ex Constitutione Ecclesiæ, quia cessat ratio, quæ vigeat in petro. Idem innuit textus in cap. Moyses, 8. q. 1. ubi dicitur Moyses potuisse successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sicut David Salomonem sibi successorem instituit, ut ibi notat gloss. in ver. Non sanguini. Ad idem textus in c. Si transiit, 89. dist. ubi Symmachus papa in Synodo Romana prima c. 4. Si transitus, inquit, papæ inopinatus evenierit, ut de sui successoris electione non possit ante decernere; pondera quia textus non dicit, non potest, sed non possit: & ccc sic

fic non declarat jus vetus, sed jus novum inducit  
28 in futurum. Papa autem non ligatur Constitu-  
tionibus suorum Prædecessorum etiam in generali  
Concilio editis, ut est textus apertus in cap.  
Innotuit. *supr. de elect.* cum sit supra omne jus hu-  
manum positivum. c. Proposuit. *infra de concess. preb.*  
& fusius dixi in c. Conciliationibus. num. 25. de Cler.  
egrot. & in his terminis notat Dec. in d. c. Licet.  
n. 8.

Addit Victoria supracitatus de potest. Eccles.  
relect. 2. qu. 2. num. 23. multa inconvenientia  
evitari per hujusmodi electionem. Tum quia  
Ecclesia nunquam vacaret, sed suo orbata Pa-  
store illico provideretur. Tum quia schismata,  
ambitiones, contentiones, & cetera mala ces-  
sarent.

29 Sed præmissis minimè obstantibus sine trepi-  
datione tenenda est hæc conclusio, videlicet Pa-  
pa nullatenus potest sibi successorem eligere, ac  
si eligat, irrita est electio. Ita gloss. in c. Aposto-  
lica. §. *his omnibus*. in ver. Beatus. 8. q. 1. quam  
sequuntur omnes teste Felino in c. 1. sub n. 23.  
col. 5. vers. *fallit quarto*. *supra de constit.* Item  
glossa in cap. *si transitus*. in ver. *non possit*. &  
ibi etiam Archidiaconus Bellam. Gemin. & Præpos.  
79. dist. Joan. de Lignano in Clem. Ne Romanus  
de elect. Abb. in rubr. *infra de testam.* num. 2.  
vers. *hinc dixit glossa*. & idem Abb. hic num. 2.  
ubi testatur hæc esse communem conclusionem.  
Doctores in c. Licet de vitanda. *supra de elect.*  
& ibi in specie Joan. Andr. num. 15. Butr. n. 3. &  
30 num. 21. Cardin. num. 9. in c. quæst. Abbas, qui  
similiter hæc dicit communem n. 2. & post eum  
Dec. num. 7. vers. *his tamen non obstantibus*. &  
num. 8. ubi Sylvester Aldobraud. in addit. in  
ver. *Communiter*. plures alios adducit. & refert  
Paulum III. persuasum à Cardinali S. Marci, qui  
fuit Hieroniscus Pisanus Venetus Episcopus Pa-  
tavinus, ut sibi successorem eligeret, omnino  
respuit. Idem firmat Jas. in rubr. *C. Qui testam.*  
*facere. post. num. 2.* Joan. à Capistrano de potest.  
Pape. n. 2. in ver. *tract. commun.* tom. 13. fol. 32.  
Cardinal. Jacobat. de Concil. lib. 10. art. 7. in  
solutione vndecimi argumenti fol. 34. Augustin.  
Triumph. de potest. Eccles. qu. 2. art. 3. in corp.

31 Cardin. Turrecrem. in summa de Eccles. lib. 1.  
c. 13. & lib. 2. c. 51. & in d. c. *si transitus*. nu. 1.  
79. dist. Cardin. Zabarel. in dict. Clem. Ne Ro-  
manus. in 5. questione num. 5. de elect. qui tres  
posteriores affirmant nec posse fieri statutum,  
quod sit validum, ut Papa possit sibi successorem  
substituere. Martin. Laudens. de Cardin. qu. 39.  
inter tract. commun. tom. 14. fol. 62. ubi ampli-  
tate id Papæ non licere etiam si Collegium Car-  
dinalium id statueret. Quod etiam tenent Ber-  
tachi. de Episc. in 4. seu 40. quæst. tertie part. lib. 1.  
& Hieron. Manfred. de Cardin. decis. 15. tom. 13.  
tract. part. 2. fol. 86. Eidem sententiæ adherent  
ex Theologis Petr. de Palud. de potest. Eccles.  
lib. 5. Cardin. Cajet. opusc. tom. 1. tract. 2. de  
potest. Pape. & Concil. Apolog. 2. c. 22. Sylvest.  
in ver. *Excommunicatio novo*. n. 3. Greg. de  
Valen. tom. 3. dist. 10. quæst. 3. de statu Episc.  
punct. 3. §. *Quarta assertio*. & passim moderni,  
quibus adde Cardin. Baron. ad annum Christi 11.  
fol. 188.

32 Primum fundamentum deducitur ex glossa  
supracitata, videlicet, quia si liceret Romanis  
Pontificibus sibi instituire successores, hoc esset  
immutare statum Ecclesie, quod non licet Papæ,  
per ea, quæ scribit B. Leo in c. Ad perpetuam,  
25. quæst. 1. & facit singulare dictum Innocentij  
in c. Quanto. ad fin. vers. *si Papa talia faceret*,  
de consuet. quem referunt & sequuntur Oldrad.  
conf. 62. incip. Et circa. nu. 2. vers. *Et hoc esse  
mutare generalem statum Ecclesie*. Abb. in  
c. 1. in 2. notab. de Cler. egrot. & in c. Cum pa-  
rati. num. 9. de appellat. Roman. conf. 483. Du-  
bitatur primo. num. 23. & Felin. in c. Que in-  
stituitur. vers. *Limita tertio*. de consuet. Quando  
quidem ab Adventu Christi ad hæc usque tem-  
pora nemo unquam ad Apostolatus apicem  
evehctus est nisi per electionem, ut tradit August.  
Triumph. de potest. Eccles. qu. 2. art. 2. Ad exem-  
pla verò B. Petri, & aliorum Pontificum, qui  
dicantur sibi successorem delegisse, respondebitur  
infr. n. 57. & 61.

33 Secundum fundamentum est, cui innituntur  
glossæ, & perique ex Canonis præcatis, vi-  
delicet, quia institutio, seu electio successoris  
confertur à papa in tempus, in quo ipse non est  
amplius papa, & consequenter non valet ex de-  
fectu potestatis, ut probat textus in l. *Enn. qui.*  
ff. *De iurisd. omni. iudic.* nam, ut inquit, Abb.  
hic nu. 2. quemadmodum papa non possit tunc  
temporis hujusmodi electionem facere, ita nec  
modo; quia paria sunt aliquid gerere tempore  
inhabili, vel tempore habili, si effectus confere-  
tur in tempus inhabile, ut l. *Quod sponsæ.* c. de  
donat. ante nupt. & facit c. *De uxore*. *infra de se-  
pate.* & idem in casu controverso, ut dixi *supra* in  
2. notab.

34 Tertium fundamentum est acutissimi Cajeta-  
ni loco supracitato num. 31. quia scilicet ejus  
est potentia, cujus est actus. Arist. de somno. c.  
3. *Vigil.* Sed actus electionis papæ simpliciter, &  
absolute non est papæ. Ad hoc c. *In scripturis*,  
8. q. 1. & c. *in de instit.* Ergo potestas electiva  
Papæ non convenit formaliter papæ quia pote-  
stas electiva papæ est actus, qui facit papam quan-  
tum ex se est. Ergo repugnat potestati electivæ,  
ut præsupponat tunc papam, cum id quod sit,  
non sit: si enim esset, non fieret.

35 Quartum fundamentum est, quia ita se habet  
papa, & Episcopus ad Ecclesiam, sicut se habet  
vir ad uxorem suam c. *Sicut vir*. 7. q. 1. c. *Sicut  
vir*. 40. dist. Sed vir licet sit caput uxoris, t. ad  
Corinth. 6. non tamen potest uxori suæ alium  
virum relinquere, quia eo mortuo ab illius legi-  
bus est soluta, 1. ad Corinth. 8. Ergo nec papa  
licet sit caput Ecclesie sponse suæ, c. *Ita Domi-  
nus*. 19. dist. potest eidem Ecclesie alium spon-  
sum relinquere, cum eo mortuo spirituale con-  
jugium sit solutum, & Ecclesia remaneat vidua-  
ta, cap. *Ne pro defectu*. & c. *Quia propter*, de elect.  
gloss. un. in c. *Nullus*, in secundo, & ibi Turrecr. n. 6.  
79. dist.

36 Quintum, & ultimum fundamentum est, quia  
hæc potestas sibi subrogandi successorem non  
solum est contra jus Canonicum, ut offensum  
est *supra* in ult. argum. contratio n. 27. & habe-  
tur in c. Episcopo non, non quasi per totum, 8. q. 1.  
sed etiam adversari videtur juri divino, & natu-  
rali, ad quod non pertinet dispensatio, & c. *Sunt  
qui*.

quidam, 25. q. 1. c. 5. dist. in summa, §. *ius na-  
turale*. S. Thom. quodl. 9. art. 15. Id autem suade-  
tur ex infrascriptis. Et primo quia euit Deus de-  
derit potestatem populo eligendi principes in-  
feriores, ut Exodi 18. *Provide de omni plebe  
viros sapientes*. &c. Numer. 11. *Congrega mihi  
septuaginta viros de Senioribus Israel*, & Deut. 1.  
Date ex vobis viros sapientes, & gnaros, &c. tamen  
ut inquit S. Thom. in 1. 2. qu. 105. art. 1. ad 1.  
(Institutionem summi Principis Dominus sibi  
reservavit, & hoc est quod Moyses petijt. Nu-  
mer. 27. *Provideat Dominus Deus Spirituum omni  
carnis, hominem, qui sit super multitudinem hæc*  
& sic ex Dei ordinatione institutus est Josue in  
Principatu post Moysen, & de singulis Judici-  
bus, qui post Josue fuerunt legitur quod Deus  
suscitavit Populo Salvatorem, & quod Spiritus  
Domini fuit in eis, ut patet Deuter. 17. *Eum  
constituit Regem, quem Dominus Deus tuus ele-  
gerit*.) Hæc S. Thom. Translato autem Sacerdo-  
tio necesse est ut legis translatio fiat ad Hebræos  
7. c. *Translato*, *supra de constit.* Unde quæ dicta  
sunt in lege Veteri de Moysæ, qui erat summus  
Sacerdos, ut c. *Sacerdotia*, 22. dist. post legem  
Evangelicam ad pontificem Maximum referenda  
esse, satis constat ex c. *Electio*, 79. dist.  
ubi Anacletus papa, electionem, inquit, *Summo-  
rum sacerdotum sibi Dominus reservavit*. Alia  
litera habet, *Summorum Pontificum*, ut etiam  
innuit Gratiani rubrica ibi, *Proposita*: & de  
Summo pontifice auctoritatem illam intelligit  
August. Triumph. de potest. Eccles. qu. 2. art. 2.  
vers. *In contrarium*, & ita per illum textum  
Cardin. Turrecrem. in summa, de Eccles. lib. 2.  
c. 51. vers. *Septimo*, (de jure, inquit, naturali, &  
quasi divino videtur esse ut papa non faciat sibi  
successorem, nec post mortem, nec post resigna-  
tionem, quando non præstet licet quamdiu vi-  
vit, possit loco sui ponere Legatos, & Vicarios  
ubi vult, & sicut vult.) Hæc ille. Id ipsum  
colligitur ex c. *Si ergo*, 8. q. 1. ubi relato exem-  
plo ipsius Moysis, qui non permisit iudicio suo  
electionem successoris in principatu, sed electus  
fuit extraneus ex alia Tribu, scilicet Josue filius  
Nave, quem Dominus ordinavit, dicit textus:  
Nulla hic populi acclamatio, nulla consanguini-  
tatis ratio, nulla propinquitatis habita con-  
templatio est: & mox exemplo hujusmodi ad  
summum Sacerdotium translato, subjicit: (pro-  
pinquus agrorum, & prædiorum relinquatur hæ-  
reditas; gubernatio populi illi tradatur, quem  
Deus elegerit.) & concordat cap. *Moyses*, ead.  
cau. & quæst. Unde gloss. prima in c. *Si transi-  
tus*, 79. dist. dicit papam non posse sibi substi-  
tuere successorem, quia nec Moyses id potuit: &  
allegat d. c. *Moyses*.

40 Sed objicies: Si electionem Summi principis  
sibi Dominus reservavit. Ergo nec Cardinalibus  
licebit eligere Apostolicum. Respondeo, Deus  
est, qui eligit, & Cardinales sunt Ministri, ac  
veluti instrumenta divine voluntatis, ut in c. *Pa-  
lentiarius*, 63. dist. & in c. *Licet*, 8. q. 1. c. *Ubi  
periculum*, §. *Cæterum*, ibi, Ut eorum ministere-  
rium, de elect. lib. 6. etiam si malus eligeretur,  
quod est mirabile ut in c. *Andalter*, ead. cau. &  
quæst. de qua voluntate tamen si non appareat  
per signa exteriora, ut olim per Columbanum,  
c. *Statimus*, §. *His omnibus*: & ibi Archid. n. 5.  
Prosp. Fagn. in 2. part. primi Decretal.

61. dist. tamen invisibiliter operatur Spiritus sanctus,  
qui non datur nisi Congregatis, c. *Andivimus*,  
§. *Si autem*, 24. q. 1. & c. *Cam Ecclesia  
Sutrina*. & ibi gloss. 1. *infra de cau. possess.* &  
propriet. Unde August. Triumph. de potest.  
Eccles. qu. 2. art. 11. in *responsione ad primum*,  
sic ait: (Cooperatores Dei sumus, & ideo sem-  
per non est expectanda vocaliter terminatio di-  
vine sententiæ; sed illum eligit Deus, quem  
eligit charitas Ecclesie, & communis consensus  
eligentium, sicut dicit August. ad Hebr. 5.)  
Hæc ille. Cujus rei afficit argumentum, est  
quod cum instat tempus electioni Divinitus præ-  
initium; electores superna quadam vi sentiant se  
rapi ad colegendum adeo ut interdum de se-  
ipsis mirati fuerint quod in talem electum con-  
fenserint. Et fama est recolende memoria Fe-  
dericum Cardinalem Borromæum è Conclavi  
exeuntem prorupisse in hæc verba; (Hæc ingre-  
diantur qui negant Spiritum sanctum, & sicut  
credentes.)

41 Secundò idem suadet, quia Sanctuarium  
Dei jure hæreditario possideri non potest, c. *Con-  
suluit*, *infra de reprob.* c. *Ad hæc*, de decim. c. *Plerique*,  
& c. *Apostolica*, 8. q. 1. & turpe est, &  
divini plenum animadversione judicij si locum  
in Ecclesia Dei future successione expectatio  
habeat, dicit Cardinal Lateran. Concilij in c. 2.  
*infra de concess. preb.*

42 Tertio idem suadet, quia Dominus ponti-  
ficiam potestatem contulit petro per illa verba,  
*Pasce oves meas*, Joan. 21. & dictum est *supra* in  
primo argumento contrario nu. 18. Hujusmodi  
autem verba cum sint personalissima, ut per  
Cajetan. in 2. 2. q. 185. art. 5. utique non inclu-  
dunt facultatem sibi eligendi successores; aliud  
enim est nascere, aliud successorem sibi eligere,  
qui nascat, ad hoc textum optimus in l. *Inter ar-  
tifices*, ff. *De solut.* & facit quod notat S. Thom.  
quodl. 12. art. 31. in corp. ubi docet Vicarium  
non posse totam suam potestatem alteri com-  
mittere. De quo est textus in c. *Clericos*, *supra*,  
de offic. Vicary: dicens hoc esse satis absonum,  
& absurdum. Ergo hic actus instituenti succes-  
sorem est extra potestatem Petro, & in ejus per-  
44 sona Romanis Pontificibus attributum; & sic  
non valet, quia defectus potestatis in agente  
semper reddit actum ipso jure nullum, c. *P. & G.*  
& ibi Doctores, *supra*, de offic. deleg. Pulchrè  
Bald. conf. 326. num. 2. vers. *Quod primum*,  
lib. 1.

45 Quarto si esset aperta hæc via subrogandi sibi  
successorem in Papatu, verendum esset ne com-  
muniter substituerentur nepotes, & consanguine-  
i, per ea, quæ habentur in c. *Perrenit*, juncta  
gloss. 1. q. 3. Nam textus dicit gravius esse jura,  
& reditus Ecclesiarum dare consanguineis, quam  
extraneis, gloss. ibi in ver. *Gravius*, opponit quod  
imò minus peccatum sit dare consanguineo,  
cap. *Non satis*, 86. dist. hæc est enim ordinata  
charitas, & dat duas solutiones. prima est, quia  
tradendo consanguineis enormiter lædunt Ec-  
clesiam; & ideo dicit textus, pejus est consanguineis  
dare, id est inde graviorem læsionem sentit  
Ecclesia: & est simile in c. *Latorum*, 33. quæst. 2.

46 Secunda solutio est, quod verbum, gravius, exponatur,  
id est communis, c. *Quid in omnibus*,  
32. q. 7. Quia, ut glossa inquit, ceci sunt Episcopi  
C c c 2 erga

erga Nepotes, c. *Dilectissimi*, 8. *quasi*, 2. Unde tantus impetus in eos omnia fundendi fuit refranandus, ut in alio casu dicitur. *Nec in cas, ff. Ad leg. Jul. de adulter.* Ad hoc Concilium Tridentinum *cap. 1. sess. 25.* ibi affectum erga nepotes deponant, unde tot malorum in Ecclesia Seminarium extat. Si igitur ex textu, & glossa Prælati erga nepotes gravius peccant, quia enormiter lædunt Ecclesias cum facultates illarum profusus effundant; idque communiter, quia cæci sunt, & impetu quodam erga illos feruntur: quis speret humanum affectum à carne, & sanguine tam abstinentem fore, ut possit nepoti suo supremum principatum post se relinquere, & non faciat? Atque ita summum Sacerdotium non pro meritis, & dignitate, sed affectu carnis quasi patrimonium transmittitur in posterum. Et tamen, ut inquit S. Thom. in 2. 2. q. 63. *art. 1. in corp.* (Si aliquis promoveat aliquem ad prælationem, quia est consanguineus, est acceptio personæ, quæ opponitur iustitiæ distributiivæ; & consanguinitas facit eum dignum, ad hoc ut instituat heres patrimonij, non autem ad hoc ut conferatur ei Prælatio Ecclesiastica.) Hæc ille. Hoc autem esse contra dictamen juris naturalis, inde percipitur, quod qui præse debet multitudini, & illam regere, melior cæteris est eligendus. Idque bruta ipsa nos docuerunt, ut Apes, & Grues, c. *In apibus*, 7. *quæst. 1.* Unde *Regum*, 4. scriptum est, *Eligere meliorem.* & eum ponite super solum patris sui: & *2. 2. q. 63. art. 1.* dicitur: [Oportet principem esse optimum, & perfectum virtute.] Quod potissimum procedit in Papa, qui est caput omnium fidelium, c. *In novo*, 21. *diff.* & *cap. Sacrosanctæ*, 22. *diff.* Is enim proculdubio eligendus qui præstantior est, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, dicit textus in c. *Licet*, 8. q. 1. Unde Gregorius X. in Concilio Lugdunensi sermone obtestatur Cardinales ut pensent attentius quid eis imminet cum agitur, de creatione Vicarij Jesu Christi, Successoris Petri, Rectoris universalis Ecclesiæ, Gregis Dominici Directoris, ut eorum ministerio acceleretur utilis & pernecessaria totius mundi provisio: refertur in *cap. Vbi periculum*, 5. *Ceterum*, de elect. lib. 6. Quid vero si inordinatus carnis affectus eo usque captivaret humanum iudicium, ut in successorem substitueretur minor, aut discolor, vel aliis insufficientis? Ubique data hac potestate substituendi, talis esset Papa; quia exceptio raris, dummodo adsit usus rationis, & consimiles exceptiones, quæ juris positivi sunt, contra electum à duabus partibus Cardinalium non admittuntur, ut *cap. Licet de vitanda*, & ibi dixi post Bellam. & alios supra de elect. Quanta autem hinc pericula, & mala Ecclesiæ Dei proveniunt essent nemo non videt. Ad hoc bonus textus in c. *Indecorum*, & quod ibi adnotavi, supra de elect. *erat. & qualiter.* Ne dicatur hoc absurdum posse contingere etiam in Collegio Cardinalium: nam responderetur id moraliter esse impossibile. Tum quia ratio sanguinis erga unum non concurret æquè in omnibus. Tum quia integrum est iudicium, quod plurimorum sententias confirmatur, c. *Extra*, 63. *diff.* c. *Prudentiam*, supra, de offic. deleg. & multis argumentis comprobatur Turrecrem. in *summa de Eccles. lib. 2.*

c. 51. Unde Bald. in d. c. *Licet*, *num. 9.* de elect. quærens an possit opponi Papæ quod sit Hermaphroditas, surdus, vel mutus, Respondet his verbis: [Cardinales non facerent ita fatuum electionem, & idèd non debet fieri questio de ambagibus, & ineptijs.] Hæc Baldus. Quinimò ut inquit Augustin. *Triumph. de potest. Eccles. q. 2. art. 2.* quia plura videns plures, quam unus, quia homines iudicant per tot secula existit, ut c. *In nomine Domini*, 23. *diff.* & c. *Licet de vitanda*, supra, de elect. cum suis concord. Augustin. *Triumph. de potest. Eccles. q. 2. art. 7.* Idque per quam convenienter, ut solidis rationibus probat Cardin. Turrecrem. citatus in *summa de Eccles. lib. 2. c. 51.* contra stultum errorem Joannis Vuicleff. dicentis electionem Papæ à Cardinalibus per diabolum esse introductam: & August. *Triumph. ubi supra q. 2. art. 2. & 3.* Reputat autem naturali rationi, ut Cardinales hoc iure sibi quæsitio sine iusta, & necessaria causa spoliarent, *reg. sine culpa lib. 6.* & notat Card. *conf. 142. vers.* Sed his litteris non obstantibus, ubi latè ostendit hoc esse peccatum, & impossibile etiam papæ. Quod plenius prosequor in c. *Consultationibus*, in 2. *quæst.* per totam maxime *num. 50.* infra de Cleric. *egrot.* ad eò ut propterea si Cardinales viderent sibi hanc potestatem ademptam, quæ ipsos ubique locorum, & gentium tam spectabiles, & honorabiles reddidit, timendum foret ne successor à Papa electo negarent Canoniam obedientiam, & schismata in Ecclesia suscitarentur; cum præsertim sententia negativa sit Canonistarum omnium, & graviorum Theologorum consensu recepta, & melioribus fultea rationibus arg. Clem. 1. 8. *fin. de summ. Trinit. & fide Cathol.* & Papa volens turbare statum universalis Ecclesiæ, non sit sustinendus, ut inquit innoc. in *cap. Quanto*, ad fin. *vers. si Papa, de consuetud.* & alij supracitati, *num. 32.*

Nunc reliquum est ut ad argumenta contraria respondeamus.

Ad primum igitur responderetur negando consequentiam: nam Christus uti supremus Dominus potuit de se sua, idest Ecclesiæ, absolute disponere, eamque suo arbitrio fundare; non sic alij Pontifices, qui non domini, sed dispensatores existunt. Ita Cardin. Turrecrem. in *summa de Eccles. lib. 2. d. cap. 51. col. 3. vers. Ceterum.* Præterea ut inquit Augustin. *Triumph. de potest. Eccles. q. 2. art. 2. in corp.* (Christus fuit Deus, & homo: idèd in suo iudicio non potuit falli, neque fallere, sed quia iudicium humanum est fallibile, quia purus homo potest falli; & fallere, idèd conveniens fuit post Christi ascensionem, & post mortem illius, qui immediatè à Christo electus fuit, ut promotio cuiuslibet alterius sum.

mi Pontificis fieret per electionem, ut ex collatione, & concordia plurium talis electio careret errore, & mereret suscipere divinam inspirationem. Hæc ille. Quinimò ipse quoque B. Petrus ministerialiter etiam ab Apostolis electus fuit post Domini in calos ascensionem, ut patet in d. c. *In novo*, 21. *diff.* & d. c. *Sacrosanctæ*, 22. *diff.*

Deinde ad primum argumentum sic respondet Dec. in c. *Licet de vitanda*, n. 8. de elect. videlicet quod Christus fecit ut homo nostra est institutio, secus quod fecit ut Deus: nam ipse ambulavit super aquas, & ieiunavit quadraginta diebus, & ad hæc nos non adstringimur, quia talia miraculose fecit ut Deus. Dum autem Petrum sibi successorem instituit, eique potestatem contulit ligandi, & solvendi, non ut homo, quidquid ibi dicit Decius, sed ut Deus operatus est, ut patet 22. *diff.* c. *Ita Dominus*, & *cap. Omnes*, ubi dicitur: Non ergo quilibet terrena sententia, sed per illud verbum, per quod constructum est cælum, & terra, per quod denique omnia condita sunt crementa, Romanam fundavit Ecclesiam, c. *Soluta*, §. *Petrus*, de maior. & obed. ubi Pontificalis auctoritas non à quolibet, sed à Deo dicitur instituta, cum suis concord. Unde & Ecclesiæ dicit: Deus, qui B. Petro Apostolo collaris clavibus Regni cælestis ligandi, atque solvendi Pontificium tradidisti.

Ad secundum argumentum respondet Turrecrem. in c. *Stranctus*, *num. 1. vers. Ad secundam*, 79. *diff.* post gloss. ibi in ver. *Non possit*, non esse trahendum ad consequentiam factum B. Petri sibi Clementem substituente. Quoniam motus fuit inspiratione divina; nam & ad eum umbram curabantur infirmi, *facite. Si non licet*, §. 23. q. 1. & c. *Dis sunt*, 19. q. 2. Præterea substitutio illa effectum non habuit, nec eam sanctus vir accepit, sed petro immediate successit Linus, Lino Cletus, & Cleto Clemens, ut tradunt Ignatius Martyr in *Epist. 4. ad Marianam Castellanensem*, que habetur *tom. 1. Concil. par. 1. fol. 25. col. 2. littera B.* Irenæus *lib. 3. cap. 3.* Epiphanius *heres. 37.* Optat. Milevit. *lib. 2.* August. *Ep. 161.* & Hieronym. sequuntur Optatum in *lib. de scriptor. Eccles. in Clementem cap. 15.* ubi Clementem ponit Quartum pontificem post petrum, corrigens sententiam, quam dixerat in *cap. 52. Istis in fin.* Quo d ipsum constat ex Martyrologio, Breviario Romano, & Canone Missæ, ubi post Linum Cleti, deinde Clementis fit commemoratio, licet non desint qui contradicant. Unde gloss. in c. 1. in ver. *Aut Ignatius*, 8. q. 1. recitat *versum.*

Disputat hic mundus quartus, fuerit secundus. Et enim, ut inquit glossa ibi, Post B. Petrum Clemens animadvertens perniciosum fore exemplo, ut aliquis sibi eligeret successorem, renuntiavit Papatu, in manibus scilicet Sacerdotum, qui tunc Romanæ aderant: vide August. *Triumph. de potest. Eccles. q. 2. art. 2. in responsione ad primum.* Turrecrem. in *summa de Eccles. lib. 2. c. 51. col. 3. vers.* Nec obstat quod B. Petrus, & Baron. ad annum Christi 69. *num. 39.* & notat ad Epistolas, & Decreta Clementis Papa 1. *to. 1. Concil. par. 1. fol. 25. col. 2. littera C.* & Platini nam in *vita ipsius Clementis pag. 8.* c. *His accedit*, quod de sile Epistolæ superius relata n. 20. Unde hoc factum desumitur, merito hæsitari

potest; quia, ut alia omittam, cum scripta sit post obitum S. Petri, & sic post annum Neronis decimum tertium, scribi non potuit ad Jacobum Fratrem Domini, qui tunc Hieron. de *Vit. Illust. 30.* Neronis anno præcipitatus fuit Hierosolymis de vertice templi. Quare illa Epistola vel non est Clementis, vel scripta fuit ad Symonem, qui similiter fuit Frater Domini, & vox Jacobum, mendose irrepsit. Lege Baronium ad annum Christum 69. *fol. 689.* & Postlevin. in *ap. par. sacr. in ver. Clemens Romanus.*

Ad tertium respondetur factum illud Bonifacij II. in Concilio iterum congregato ab omnibus reprobatum fuisse, ut idem Anastasius testatur dicens: (Eodem tempore facta iterum Synodo, hoc censuerunt Sacerdotes omnes, propter reverentiam S. Sedis, Et quia contra canones hoc fuerat factum, & etiam culpa eorum respiciebat; ut successorem sibi constitueret, ipse Bonifacius Papa reum se confessus est Majestatis, quod Diaconem Vigilium sua subscriptione Chirographi ante confessionem B. Apostoli Petri constitueret, ac ipsum constitutum in presentiam omnium Sacerdotum, & Cleri, & Senatibus incendio consumpsit.) refertur *tom. 2. Concil. par. 1. fol. 643. col. 2. littera C.* Unde ex tam insigni retractatione validissimum desumitur argumentum pro hac sententia. Sed & Silverius Papa in decreto anathematis in Vigilium exprobrat, quod contra iura Canonica tempore Bonifacij ipso vivente successore ejus designare conatus fuerat, ut patet ex Epistola ipsius Silverij ad Vigilium Pseudo Papam que habetur *tom. 2. Concil. par. 1. fol. 772. col. 1.* & Vide Baron. *tom. 7. ad annum 521. fol. 166.*

Ad verò exempla in contrarium adducta *num. 22.* præterquam quod adversantur decreto Symmachi papæ in d. *cap. Stranctus*, 79. *diff.* non videntur ob stare, quia si accuratè considerentur, illæ non fuerunt substitutiones successorum, sed potius designationes. Pontifices enim à Cardinalibus rogati indicantur quem dignum putarent Cathedra petri, salsis tamen Cardinalium suffragijs. Ideoque nullus ex designatis post obitum pontificis designantis gessit se pro papa, nisi post subsequutam Cardinalium electionem. Ad hoc c. *Petrus*, 7. q. 1. ibi (Si cum aptum cognoveris, tibi successorem designa, ut huc veniat ordinandus.

Ad quartum respondet gloss. in d. c. *Stranctus*, in ver. *Non possit*, 79. *diff.* dicens aliud esse de sui successoris electione cum fratribus deliberare, quod ibi permittitur, & potest fieri & aliud ex testamento quasi dignitatis sive heredem substituere, quod penitus prohibetur, ut c. *Episcopo non*, 8. q. 1. & cum illa glossa transeunt ibi Archid. Bellam. Turrecrem. & reliqui omnes. Quæ responsio ad litteram est Gratiani in c. *Apostolica*, §. *His omnibus*, 8. q. 1.

Ad quintum respondetur negando consequentiam: nam secundum Hugonem relatum in d. c. *Stranctus*, ab Archid. *num. 1.* & Turrecrem. *ead. num. vers.* Ad tertium. Multa sunt quæ aliis indulgemus, quæ nobis indulgere non possumus. Episcopus enim sapè cum aliis dispensat, privilegium, vel honorem aliis confert, quæ ipsi sibi impendere non posset, quia nemo sibi honorem assumit, c. *In scripturis*, 8. *quæ. 1.* Ad hoc bonus

textus in c. su. de infir. & in c. Debitum, cum concord. de quibus ibi in gl. 1. infra de Baptisim. Adde quod in d. c. Petri, 7. q. 1. non continetur indultum sibi successorem substituendi, sed designandi, ut scriptum in c. Nulla, nu. 79. & seqq. de concess. preb. ubi plenè videas de intellectu illius textus: & adde Augustin. Triumph. d. g. 2. art. 2. in respons. ad 2.

64 Ad sextum nempe ad c. Adrianus. & c. in Synodo, 63. dist. respondetur illos Canones esse Apocryphos, & commentitios, & primum illorum auctorem fuisse Siebertum Monachum, qui honoris avidus illos mendacissimè conscripsit ad aucupandam gratiam Imperatoris schismatici; & Gratianus nimis credulus hanc fabulam, & impostoris Commentum veluti historiam Decreto suo inseruit. Lege Cardinal. Baron. ad annum 526. & 555. & præsertim ad annum 774. à num. 10. & ad annum 964. à num. 22. Suar. de Defens. sch. Cathol. contra Anglicane schæ errores lib. 3. c. 29. num. 7. Cardin. Bellarm. de Summo Pontifice lib. 2. c. 22. & de Clericis c. 9. & notat in vita Adriani Papa. 1. tom. 3. Concil.

65 par. 1. scilicet. fol. 421. col. 2. Sed quatenus prædictis Canonibus aliqua esset adhibenda fides; tamen confirmatio electionis, quam ex asserto indulto Apostolicæ Sedis tunc temporis concedebant Imperatores, non conferebat Papæ auctoritatem papatus: alioquin Papatus esset ab Imperatore, quod est hæreticum, cum sit à Deo tantum, c. Omnes, & c. Sacrosancta, 22. dist. sed solum non auderent contravenire, ut optimè declarat Turrecr. in d. c. Adrianus, num. 1. Adde 66 Cardinalem Albanum in tract. de Cardin. q. 32. ubi pluribus probat Summum pontificem non posse alteri impartiri facultatem eligendi papam; quia regula est neminem facere posse quod per se facere non potest, ut in regula Sexti, quod alicuius, cum suis concord.

67 Ad septimum respondetur aliud esse ut Papa cum Cardinalibus faciat constitutionem super modo electionis Romani Pontificis, quod potest, ut in iuribus ex adverso allegatis; aliud ut creet sibi successorem, quod ei non licet, sicut non licet ex testamento sibi adscribere dignitatem. Ita ad calamum respondet Paul. de Eleuz. & post eum Cardin. in Clem. Ne Romani. in 7. quest. n. 5. de elect. & Gambar. in Extravag. l. 11. num. 96.

68 A ultimum respondetur hanc prohibitionem sibi eligendi successorem non imitari solum iure Canonico, sed etiam iure divino, & naturali, ut superius monstratum est à n. 38. Nec retragatur 5. his omnibus, 8. q. 1. in contrarium adductus, Quoniam non loquitur in papa, sed in Episcopis, qui ad exemplum B. petri substituebant sibi successores. Id quod fuit eis inhibuit ex Constitutione Ecclesiæ; & ideo papa potest cum eis dispensare, prout dispensavit cum Archiepiscopo Moguntino, ut in c. Petri, 7. q. 1. Sed hinc non licet inferre, ut papa possit sibi successorem ordinare, ut dictum est supra in responsione ad quintum argumentum num. 63. Similiter non retragatur quod Moyses potuisset sibi in Principatu filios substituere, ut dicitur in dicto c. Moyses, 8. q. 1. Nam respondetur id verum esse ante quam divina prohibitio emanasset, ut

ibi notat gloss. in ver. Potuit. Et ad ponderationem d. cap. Si transitus, 79. dist. responderi potest, nec absonum esse, nec inusitatum ut leges prohibitive ferantur ab Ecclesia etiam de his, quæ lege divina damnantur, & cum in. & ibi gloss. in ver. Sive post. infra. de usur. cum multis similibus.

69 Demum ad id, quod addit Victoria circa utilitatem huius substitutionis cura Augustino Triumpho de potest. Ecclesi. q. 2. art. 3. ad 4. respondeo diuturnam Ecclesiæ vacationem quandoque esse bonam, si fiat propter bonum finem, ut si fiat propter hoc ut sufficerent, & sanctorum queratur. Tutius enim est, aut saltem minus malum populo Christiano tempore aliquo pastore carere, quam discolum, stultum, & malum habere, qui non ut pastor, sed ut Mercenarius proprium bonum, quarat, vel ut lupus oves disperdat. Ad hoc c. Tres personas, 23. q. 4. Rursus ut idem ait in responsione ad secundam discordiam, lites, imò & contentiones possunt esse in electione papæ absque peccato, dummodo sic discordantes ordinem eorum conscientiam ad bonum statum Ecclesiæ. Ad quod inducit auctoritatem Daniel. 10. ut ibi per eum. Sabvo, &c.

DE TRANSACTIONIBVS.

Cap. Veniens.

S V M M A R I V M.

- 1 **T**ransactio facta de rebus Ecclesiæ per Prelatum sine consensu superioris non obligat successorem.
- 2 Sed valet in præiudicium transigentis, & quandoque Ecclesiam possidebit.
- 3 Transactio personalis efficitur realis, & obligat etiam successores si fuerit per Sedem Apostolicam confirmata ex certa scientia.
- 4 Papa potest facere ut transactio, quam nulla est, sit aliqua.
- 5 Plus est de nihilo aliquid facere, quam de aliquo aliquid.
- 6 Concordia per Papam confirmata ex certa scientia, & cum causa cognitione non sum sublatæ à Concilio Tridentino c. 4. sess. 6. & c. 6. sess. 25. & num. 10.
- 7 Secus in pacto gratuito.
- 8 Transactio omni est pactum, sed non è converso.
- 9 Attrebatensis Episcopi concordia, seu exemptio an fuerit à Conc. Trid. sublata, & n. seqq. usque in fin.
- 10 Congregatio Consilij consultiur à Nuncio Apostolico in Belgio de consensu Consilij Privati Archiduci in scriptis habito.
- 1 Concordia ex quibus diversificetur à pacto gratuito seu privilegio.
- 2 Exemptio privilegium ab Episcopo concessum non obligat successorem.
- 3 Transactio substantiale, est ut aliquid utrinque detur, aut remittatur.
- 4 Reservatio iura nihil dat, & nihil auferit, sed tamen ius reservans conservat.

De Transact. c. Veniens.

- 1 **P**relati tenentur sibi mutuum prestare auxilium.
- 2 Transactio fit super re dubia, & lite incerta, alia non tenet.
- 3 Concordia in latiori significatione accipitur prout contra distinguitur à discordia.
- 4 Supplicationi tanquamatrici magis standum est, quam litteris.
- 5 Breviatio Papa in litteris ad supplicationem non statuit in præiudicium terti.
- 6 Iuramenta contra utilitatem Ecclesiæ periuria potius dicenda sunt.
- 7 Iuramentum Prelati de non repetendis iuribus Ecclesiæ sue non valet.
- 8 Confirmatio non dicitur ex certa scientia si illius tenor sit incertus in litteris, non autem in supplicatione.
- 9 Clausula quorum tenores in supplicatione cum facultate inferendi continetur in litteris, inducit scientiam Papæ factam, non autem veram.
- 10 Scientia Papæ ubi requiritur vera, non sufficit facta, vel presumpta, per clausulam, quorum tenores. Eximere à se pleno iure non potest Episcopus Ecclesiæ sibi subiectæ.
- 11 Exemptio simpliciter à iurisdictione Episcopi sunt Sedis Apostolicæ immediate subiecti.

**V**ENIENS. Transactio facta de rebus Ecclesiæ per Prelatum sine consensu Superioris non obligat successorem. Hoc dicit. Prima post factum narrat.

Secunda dat iudices tibi, Mandamus. In textu ibi, Inter personas facta potius quam inter Ecclesiæ. Nota singulariter transactionem à Prelato initam super iuribus Ecclesiæ validam esse in sui præiudicium, & quamdiu Ecclesiam possidebit, etiam si Superioris auctoritas non intercesserit, sed non obligare successores, cum sit merè personalis, ut hic est casus multum notabilis, secundum Jo. Andr. & omnes: & notat Abb. num. 1. Ad hoc Concilium Tridentinum, sess. 6. cap. 4. ibi, (Concordia quæ suos tantum obligant Auctores, non etiam successores, [ & sess. 25. de reform. c. 6. In glossa in ver. Confirmatam, nota ex hac glossa transactionem personalem fieri realem, & obligare etiam successores si fuerit per Sedem Apostolicam confirmata, ut dicitur in textu, dummodo tamen confirmatio non sit in forma communi fed ex certa scientia, ut glossa dicit. Nam Papa potest facere, ut transactio, quæ nulla est, sit aliqua, arg. cap. ult. 16. quest. 1. & cap. Cum Apostolica, de hi qui sunt à Prelat. Ergo multo magis potest efficere ut Italia, seu alterius naturæ; quia plus est de nihilo aliquid facere quam de aliquo aliud, arg. c. Re vera, de consecrat. dist. 2. & l. un. circa princ. C. de rei uxor. act. & cum gloss. consentiant Innocent. num. 1. in ver. Confirmatam. Holt. num. 3. in ver. à Auctoritate Apostolica, Joen. Andr. num. 10. ver. In gloss. 3. num. 14. Abb. num. 2. & alij communiter. Et ex hac glossa collige, transactionem, seu concordiam in forma specificata à Sede Apostolica confirmatam superinducere aliam naturam, & habere duplex vinculum ad obligandum,

Unum scilicet à Prelato transigente, aliud à Superiore confirmante, ut notat gloss. antepen. in Clem. Dudum, de sepultur. Quo fit, ut Conc. Trident. tribuens Episcopis facultatem visitandi Capitula exempta in cap. sess. 6. & procedendi contra Capitulares cum adjunctis in c. 6. sess. 26. quamvis utrobique sustulerit concordias; non tamen censetur sustulisse confirmatas à Sede Apostolica ex certa scientia, & cum causæ cognitione, ut per illam gloss. alia resolvit Rota & declaravit S. Congregatio eisdem Concilij interpretis, ut dixi in c. Si quis, num. 24. & 34. infra. de confirm. util. vel inutil. nam per huiusmodi derogationes non censetur derogatum pactis, ut præfertur confirmatis. Puteus dec. 171. lib. 3. Achil. decis. 1. de confirm. Romanus singular. 7. Alex. in l. 1. n. 25. ff. ad l. falcid. Ruin. cons. 201. num. 13. lib. 1. Sarnen. in regula de Annaliquest. 78. num. 5. Hoc tamen intelligatur dummodo agatur de vera, & reali concordia; secus si de pacto gratuito: nam etiam omnis transactio, seu concordia sit pactum, ut probat littera huius textus, ibi, Ne pacto inter alios acta & notat Burr. num. 10. tamen non convertitur, quia pactum gratuitum non est concordia; & confirmatio Apostolica resolvit in nudum privilegium, quod sublatum est à Concilio.

9 Hinc sumpta occasione QUÆRO, de quæstione facti.

Fortigarius olim Attrebaten. Episcopus anno 1439. exempta, ac totaliter liberavit Ecclesiam suam Cathedrali, eiusque Canonicos, Præbendatos, ac Ministros à sua, & successorum suorum iurisdictione spirituali, ac temporali & hanc exemptionem post aliquod menses confirmavit Eugenius IV. Nuper verò cum præfens Episcopus vellet procedere contra Præbendam dictæ Ecclesiæ ob delictum incestus ab eo, ut dicebatur, patrum, in vim c. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 25. Conc. Trident. quod sustulit hac in parte quæcumque Capitulum privilegia, & exemptiones: Capitulum obiecit coram Nuncio Apostolico in Belgio, cui causa commissa fuerat concessionem Episcopi Fortigarij non esse simplex privilegium, sed concordiam, quæ cum fuerit confirmata ab Eugenio ex certa scientia, & cum causæ cognitione, propter duplex vinculum non erat sublata per decreum dicti cap. 4. & 6. Quemadmodum sapiens respondit Sac. Congregatio Concilij, ut tenigi supra num. 6. De quo quidem articulo Nuncius accedente ad hoc expresso consensu Consilij Privati Archiducis in scriptis habito, Sac. Congregationem duxit consulendam, tanquam de articulo pertinente ad interpretationem ipsius Concilij; Itaque nunc quaeritur an præfensa concordia fuerit à Concilio sublata, necne?

11 Multa hinc inde afferuntur ab Advocatis, sed difficultas restringitur potissimum ad duo capita.

Primum est an concessio Episcopi Fortigarij sit verè concordia, quam Concilium præferat ex sententia Sac. Congregationis; an verò nudum privilegium, quod tollitur decretis dicti cap. 4. & 6.

Secundum caput est, quatenus sit concordia, an postea fuerit confirmata ex certa scientia, & cum causæ cognitione, quemadmodum requiritur

rietur ad hoc ut non cadat sub Concilij derogationibus.

Quoad primum videtur respondendum ejusmodi concessionem esse nudum privilegium, seu pactum gratuitum, non autem concordiam proprie sumptam. Id autem probatur à causis concessionis, & à rebus, quæ conceduntur.

Causa fuit beneficiorum retributio: nam cum ille Episcopus Fortigarius diu fuisset Canonicus, & Archidiaconus Attrebatensis Ecclesie, & probè à canonicis tractatus, ideoque bene affectus erga Capitulum, & juratissimus; Cumque ab eodem Capitulo in Episcopum electus fuisset, quod constaret ex inscriptione eius sepulture exhibitæ, & ex literis Eugenij IV. volens paræ gratiam referre Capitularibus, concessit illis exemptionem tam exorbitantem in grave detrimentum Ecclesie ac Successorum suorum. Quod constat ex illis verbis concessionis: (Accedit socialis dudum cum memoratis fratribus convictus, ac spatio ferme 22. annorum in ipsa Attrebatensi Ecclesia invitatio, de cuius bonis emittit sumus, primis quidem in Canonis, & Præbendis, postmodum in Archidiaconatu, utrobique pacifice, utrobique modestè tractati: Unde nobis julum videtur eidem Ecclesie nostræ respondere reves; & qui nos benignè, ac familiariter supportarunt, eos ad majora vocari paterno prosequamur affectu, & favore gratioso.)

Quæ quidem verba apertè sonant in gratuitam concessionem, & gratiam, non autem in concordiam, c. Gratiam, l. 9. §. Si gratiosè, de rescriptis, libr. 6. Rursus intentio principalis Episcopi fuit præservare, atque angere privilegia Capitaliarum, quod patet illis verbis: [Ad fratres nostros carissimos humaniter inclinari, eorum libertates, & privilegia volumus inviolabiliter observari, & quæ obscura in eisdem videbantur, augendo ad clarum reducere,] & infra (In hoc etiam quod comperimus eosdem fratres nostros à nonnullis Prædecessoribus nostris Episcopis quam plura privilegia, & libertates obtinuisse, nos inducunt ut eos gaudere velimus suis libertatibus & exemptione.)

12 Cum autem ejusmodi privilegia non obligarent Successores, c. Cum venerabilis, ubi Innoc. & Abb. notant infra de consuetudine, ubi Innoc. supra num. 1. & 2. hinc apparet mentem Episcopi Fortigarij fuisse merum privilegium concedere, non autem transigere, aut concordare.

Ac demum finis Episcopi fuit antiquas lites extinguere, & pacificè vivere, non per viam transactionis, sed per viam cessionis iurium sibi competentium. Quod similiter patet ex concessione, ibi (Ut pro veritate, & pace acquirenda, & servanda parum nobis videatur cedere juri, vel rebus nostris.) Hæc enim verba, & alia supra scripta cum sint apposta in præmio, indicant mentem, & causam finalem Episcopi concedentis, l. cum hi, in princ. & ibi Bart. num. 4. ff. de transact. Oldrad. cons. 103. Quæstio est, res. Secundo ex hoc. Alex. cons. 7. Visti, num. 3. lib. 2.

13 Sed clarius hoc idem colligitur ex rebus, quæ conceduntur: nam cum de substantia transactionis sit utriusque detur, aut remittatur, l. 1. ubi Doctores, ff. De transact. l. Transactio,

C. Eodem, Rota diversorum decis. 119. num. 2. per. 2. tamen in hac asserta concordia Episcopus concedit Capitulo quam plura, atque maximi ponderis; & vice versa aut nihil pro se recipit, aut ita leve, ut parum distet à nihilo.

Nam Episcopus concedit primò, ut Canonici omnes, Capellani, & Vicarii, Choroales, & alii quicumque habitum dicte Ecclesie deserentes sint pro se exempti à jurisdictione tam spirituali, quam temporali Ordinarii Attrebatensis.

Secundò concedit ut ecclesia Attrebatensis sit omnino libera ab eadem jurisdictione Episcopi, ita ut Episcopi non possint in eadem ecclesia sua, seu claustrò, vel domibus eiusdem facere, aut mandari facere aliquam personam citari, vel moneari, aut aliquam jurisdictionem exercere, nec in illis valis affigere literas censoriarum, seu penarum, & alias quascumque nisi cedulas pro Ordinibus celebrandis.

Tertiò concedit Episcopo ut omnes servitores dictorum de Capitali in suis domibus commemorantes sint similiter omnino exempti à jurisdictione spirituali, & temporali Episcoporum pro tempore.

Quartò, ut dux domus jurisdictionis ecclesie Attrebatensis sit detotali jurisdictione spirituali, & temporali Capitali.

Quintò, ut ecclesia Parochialis sita in claustrò Cathedralis, quam dicit esse de jurisdictione, & domino Capitali, sit eodem modo exempta ab Episcopo & Successoribus.

Sextò concedit ut oblationes, quæ fiunt in Capella demus Episcopalis, ipsi de Capitali, & Curati recipiant ut consueverunt, exceptis tamen oblationibus, quæ offeruntur Episcopo in consecrationibus Episcoporum, & benedictionibus Abbatum, & Abbatissarum.

Septimò concedit ut si aliquis ex deferentibus habitum dicte ecclesie captus fuerit à ministris curie Episcopalis teneatur Episcopus illum statim remittere Capitali, sicut Capitalium teneatur facere de familiaribus Episcopi.

Octavò concedit ut si Canonici, & Beneficiati sære voluerint duos existentes in jurisdictione temporali Episcopi ejusmodi emptionibus, atque etiam donationibus teneantur Episcopi consentire; talis tamen eorum iurisdictio.

Nonò, ut Canonici, & beneficiati liberè ut possint privilegio Apostolico de percipiendis fructibus non residendo, & renuncia, licet super hoc introducitur in Romana Curia.

Ac demum Episcopus jurat observationem prædictorum Capitalium, promittitque per se, & Successores suos nunquam contravenire, nec contra ea dispensationem prosequi, aut obtinere, ut patet in instrumento exhibito in forma probanti.

Videamus nunc quid è converso recipiat Episcopus à Capitulo pro ejusmodi concessionibus adeo præjudicialibus ecclesie Attrebatensi. Et quidem toto tenore instrumenti perfectò reperitur Episcopum non recipere nisi hæc quatuor, quæ sequuntur.

Primò enim dum Episcopus transact in jurisdictionem Capitali duas domus ad Episcopatum pertinentes, ut dictum est supra; adjicit hoc

hoc pactum, ut si (quodabit) Capitulo locaverit dictas domus alicui, qui publicè in iisdem vendat vinum, illo casu Episcopus recipiat jus afferragij, id est gabellam pro venditione dicti vini. Hæc reservatio ridicula est; transulit enim Episcopus duas domus pro obolo in incertum eventum; & tamen nihil per hanc reservationem est assecutus, quia Episcopi Attrebatenses habent hoc jus afferragij in alijs domibus. Unde tradendo domos suæ jurisdictionis Capitali, reservavit sibi illud jus afferragij, quod prius habebat: Reservatio enim nihil dat, & nihil auferit, ut Bald. ait in l. Peremptorias, C. Sent. reser. non poss. & sit ad conservandum jus reservantis, non autem ad acquirendum de novo, l. At si quis, §. Plerique, ff. De religiof. & sumpt. funer. l. 3. §. 1. ff. Quib. modis pignus, vel hypoth. solu. cum alijs adductis per Crauet. consil. 29. Pro Clariori, num. 8.

Secundo, dum Episcopus eximit Capitalium à sua jurisdictione, adjicit hanc conditionem, ut in delictis degradationem requiruntibus Promotor Episcopalis possit interesse processum fabricando, absque eo tamen, quod per hoc Episcopo ulla jurisdictione acquiratur; sed solum ad consulendum, & videndum an dicti processus iustè fiant. Hoc loco similiter Episcopus nihil acquirit, sed solum retinet miramam quamdam partem jurisdictionis Episcopalis, quam prius habebat: nam cum delicta, hæc graviora ab ipso punientur esse, c. De persona, ff. de iur. iur. l. nec de jure tenetur nisi Capitali consilium requirere, c. 3. de consuetud. lib. 6. cap. Novit, & c. Quanto, infra de his que sunt à Prælati, tamen privatè sua jurisdictione, nec sibi retinet nisi nudam assentiam sui officialis in processu fabricando.

Tertio loco Episcopus promittit, ubi fuerit requisitus, mittere eius subditos ad deponendum coram Capitaliaribus in causis pendentibus in Capitali; & parimodo vult ut Capitalium mittere teneatur eius subditos ad deponendum coram Officiali Episcopi. Sed hic quoque nihil Episcopus recipit; tum quia omnes tenentur coram Episcopo testimonium ferre, c. 1. & cor. tit. de test. cogen. etiam in causa criminali, cap. Super eo, secundum communem intellectum,

14 §. cap. Per venit, & cap. seq. ead. tit. Tum quia nisi receptum est ut subditi unius Prælati mittantur ad testimonium ferendum coram alio Prælati; nec tamen propterea ulla jurisdictione alicui acquiritur. Tenentur enim Prælati sibi mutuum prestare auxilium, cap. Præcipimus, & cap. Per latum, §. dist. cap. 1. & ibi gloss. ult. supra de reus, & pac. & vide quod ibi dixi in §. notab. Ac demum, quia promissio de mittendis subditis ad testimonium ferendum, habet suam compensationem à promissione, quam similiter facit Episcopus de mittendis suis subditis ad testimonium ferendum coram Capitali. Unde non potest Capitalium prætere de hac promissione, quæ levissima est, debeat æquivalere alijs concessionibus Episcopi, ita ut propterea illius concessio appellari debeat concordia proprie sumpta.

Quartò denique statuit Episcopus ut deberet peti à Sede Apostolica confirmatio dictarum ordinationum communibus expensis; id est Episcopi, & Capitali, Et in hoc quoque non solum

Episcopus nihil consequitur, sed mitum est cum voluisse contribuere pro sumptibus confirmationis privilegij tam enormiter damnosæ Ecclesie suæ, ad l. Sed an ultra, §. Si autem, §. Ego verò, ff. De negot. gest.

19 Ex his ergo liquet quàm longè distet dicta concessio à natura transactionis, seu concordie proprie sumptæ, quæ non sit nisi super re dubia, & lite incerta, alias non tenet, l. 1. & l. Post rem iudicatam, ff. De transact. & l. Eleganter, §. Si post rem iudicatam, ff. De condition. indebit. & ex facto respondit Abb. cons. 15. duo sunt, per tot. lib. 2.

17 Neque obstat quod Episcopus utatur verbo, concordiamus; quia hoc verbum accipitur latiori significatione pro ut importat recessum à discordia; quod satis patet ex illis verbis: ut ræca sint, & firma inter nos fœdera pacis, certa capitula communi consensu edidimus, et hoc etiam modo accipi debet verbum, concordia, oppositum in litteris confirmationis Eugenij IV. id est pro ut contra distinguitur à discordia juxta textum in l. 2. ubi Paul. de Caltr. & alij de iure iur. & Bald. in l. De fidei commissio, in 1. notab. C. De transactione. Præterquam quod in supplicatione nulli legitur hoc verbum, concordia, sed solum ita ea dicitur, Episcopus Fortigarius de contentia edidit, & ornavit. Supplicationis autem tanquam Matrici magis standum est, quàm litteris, Verall. decis. 75. num. 6. & decis. 227. lib. 1. Rota decis. 730. num. 1. part. 2. recentior.

20 Et quicquid sit de nomine, standum est veritati, non autem enunciativis Papæ in facto alieno in præjudicium tertij, etiam si in eis fundaret intentionem suam, quando emanarunt ad supplicationem partium, non motu proprio, Alex. consil. 112. Visa copia litterarum, num. 2. ubi de comm. lib. 7. & num. 5. ubi ait omnes in hoc concordare. Hanc etiam esse communem conclusionem dicit Rota decis. 154. part. 2. diversior.

21 Non obstat juramentum ab Episcopo præstitum super observatione dictorum Capitaliarum. Quoniam non juramenta, sed perjurya potius sunt dicenda, quæ contra utilitatem ecclesiasticam attentantur, dicit text. in c. Sicut, de iur. iur. Ideoque non valet juramentum præstitum à Prælati de non repetendis iuribus, aut rebus ecclesie suæ, c. 2. ead. tit. Et quavis actus esset talis, ut potuisset validari juramento, non tamen valisset ut transactionis, seu concordie præservata à Concilio, sed ut pactum gratuitum à Concilio sublatum, ut per Riminal. Jun. cons. 28. num. 7. lib. 2. Sed quatenus prædicta

22 concessio verè esset concordia, non tamen videtur confirmata ex certa scientia, & cum causæ cognitione, quia totus tenor fuit insertus in litteris tantum: in supplicatione autem, cui magis est standum, ex dictis supra num. 18. non fuerunt expressa omnia substantialia, sed solum primum & secundum caput exemptionis initio propolitum. Et quavis propter clausulam,

23 quorum tenores, cum facultate ipsum tenorem inferendi in litteris, inducatur scientia Papæ juxta cons. 2. Anton. de Butr. quod incipit Vise litteris, & duplicatur cons. 49. num. 1. tamen illa scientia dicitur ficta, vel præsumpta, secundum Butr. ibid. quia Papa verè ignoravit id, quod

24 quod in litteris insertum fuit. Arabi requiritur certa scientia cum cautz cognitione; non sufficit scientia ficta, quae inducitur per dictam clausulam, quorum tenores, sed requiritur scientia vera, ut in terminis tradit Marefcot. *variarum*, lib. 2. cap. 47. per totam. Ferret. *conf.* 38. In *causa Burgundiorum*, num. 2. & *seg.* & num. 6. & 2. *Scraph. decif.* 981. num. 1. & *Mant. decif.* 222. per totam. Praeterea verò, quia in eadem supplicatione habita fuit relatio ad instrumentum concessionis his verbis: Non nullaque alia, diversa, honesta, & utilia ipsius Ecclesiae, & eius personarum decus, decorem, & statum contingentia. Idem Episcopus fecit, statuit & ordinavit, prout in Episcopi litteris plenius continetur. Ex quorum verborum involucre potius apparet Pontificem deceptum fuisse; quam ut veram scientiam habuerit, ut per Ferretum, & Mant. loci cit. Et eo magis quia Eugenius ob gravissimum schisma, quod tunc torquibat Ecclesiam Dei, Florentiam se receperat, & summis perturbationibus agitur minus vacare poterat negociis peragendis, patet ex Historia Concilij Florentini tom. 4. *Concilior. part.* 1. fol. 411.

25 Quod dicitur ante exemptionem Episcopi Capituli Capitulum Attrebatense fuisse subiectum prius Archiepiscopo Rhenensi, ac postea Cameracensi. est merum commentum: nam exemptio illa ab initio fuit nulla, cum Episcopus non possit Ecclesiam sibi subiectas pleno jure eximere, secundum communem sententiam Canonistarum, in cap. cum venerabili, ubi Abb. num. 3. de *conf. Feder. de Sen. conf.* 111. *Quaestio ralis est, An Diocesis, num.* 4. Abb. in c. Cum aliam, in *secundo*, num. 4. de *privil. Felin.* in cap. Cum inter, num. 4. circa *princ. vers.* In *contrarium*, de *re iudic.* ubi restatur hanc esse magis communem opinionem. Unde propter confirmationem Apostolicam illa fuit simplex exemptio Papae, c. *Constitutus, de religiof. domib.* per quam manifestam est Capitulum remansisse immediate subiectum Sedi Apostolicae, ut est text. in c. Si Papa, de *privil. lib. 6.* & notant Doctores in c. Cum inter vos, supra de *consuetud.* Etenim verba sapienter a divi à Procuratoribus Episcopi Cameraceni eundem Archiepiscopum nihil juris pretendere, nec ullam jurisdictionem sibi vendicare in Capitulum Attrebatense, sed Capitulum ipsum hoc allegat ut remaneat acephalum, c. *Nulla ratione*, 92. *dist.* c. *Abbatibus*, 18. q. 2. & notat Host. in c. *Conquerente*, n. 8. in *ver. Subiectionem*, supra de *Offi. Ordin.* Ac praeterea etiam per dictam exemptionem remansisset sub Cameracensi jure Metropolitico; tamen Concilium c. 4. *sess.* 6. & *cap.* 6. *sess.* 25. videtur sustulisse non solum exemptiones eorum, qui subsunt immediate Sedi Apostolicae, sed etiam eorum, qui alijs, quam suis Episcopis subijciuntur ob amplissimas derogationes, quibus utitur, usque ob rationis identitatem.

Inquirendum hic esset an Concilium Teidentinum d. c. 4. *sess.* 6. & c. 6. *sess.* 25. sustulerit concordias à Sede Apostolica confirmatas in forma communi; sed hunc articulum plenè examinavi in c. Si quis, 20. 24. usque in fin. *inf. de confirm. artil. vel instit.*

## DE POSTVLANDO.

## Cap. Clerici.

## S V M M A R I V M.

- 1 Clerici in sacris, vel minoribus beneficiis in foro seculari postulare non debent, nisi pro se, vel sua Ecclesia, vel miserabili persona.
- 2 Clerici opprobrium est si se peritos disceptationum forensium ostendant.
- 3 Clerici in minoribus non beneficiis non prohibentur esse Advocati etiam pro laico in foro seculari.
- 4 Et quid si alium habeant unde commodè vivere possint, num. 5.
- 5 Et quid in Clerico in sacris non beneficiato, & indigente, & n. 6.
- 6 Clerici etiam in sacris, & beneficiati coram Ecclesiastico iudice etiam pro laico patrocinari non prohibentur.
- 7 Advocatus Clericus an possit salarium exigere.
- 8 Clerici quantumvis generaliter prohibentur esse Advocati, tamen unum negotium administrare non prohibentur.
- 9 Clerici in sacris non beneficiati possunt in foro seculari esse Advocati pro negotijs, & causis Ecclesiasticis.
- 10 Causa Ecclesiastica, quae coram iudice laico tractari possunt dicuntur ratione personae, delicti, aut rei, & n. segg.
- 11 Clericus potest pro Clerico esse Advocatus in foro seculari.
- 12 Fideiubere non potest Clericus pro laico, & tamen potest pro Clerico.
- 13 Advocatus in causa propria potest esse quilibet Clericus, nec cogitur Procuratorem constituere.
- 14 Agere pro seipsum facillimum est, quam alium conducere.
- 15 Advocatus pro Ecclesia sua quilibet Clericus esse potest.
- 16 Item pro miserabilibus personis.
- 17 Et quid si tales sint divites, nec sit timor oppressivus.
- 18 Item pro personis continentibus.
- 19 Clericus in sacris, & beneficiatus non prohibetur domi consulere etiam in scriptis, & n. seg.
- 20 Postulare quid sit.
- 21 Advocacionis, & procuracionis onera Clerici in Romana Curia exercent ex tolerantia Pontificis.
- 22 Advocatus in causa sanguinis Clericus esse non debet etiam pro reo.
- 23 Irregularis an sit Clericus, qui fratrem suum criminaliter accusatum suo patrocinio adjuvit, propter quod accusatus fuit decapitatus.

1 CLERICI. Clericus in sacris, vel minoribus beneficiis in foro seculari postulare non debet, nisi pro se, vel sua Ecclesia, vel miserabili persona. Hoc dicit Secundum Joan. Andr. cui ceteri con-

contentiunt. Dividitur in duas partes. Primò ponit prohibitionem, à qua, Secundo excipit, ibi. *Nisi.*

2 Nota primo ex hac Decretali regulam negativam cum septem declarationibus, quae infra juxta ordinem litterarum explicabuntur, quibus si adjunxeris alias tres habebis totam materiam breviter, & dilucidè explicatam.

Regula igitur hæc est. Clerici in sacris, vel in minoribus beneficiis advocacionis officium exercere non possunt: & ita hic est casus secundum Bald. Opprobrium enim est Clericis si se peritos disceptationum forensium ostendere voluerint, leg. *Repetita, c. De Epif. & Cleric. l. consulta divalia, c. De restam. gloss. alt. hic.* & communiter Doctores.

3 Declaratur primò hæc regula, ut locum non habeat in Clericis minorum ordinum non beneficiatis: nam cum tales hic prohibentur postulare si stipendiis Ecclesiasticis sustententur; Ergo à contrario sensu si talibus stipendiis non sustententur, & sic beneficium non habeant, non prohibentur; & ita hic firmant glossa. in *ver. Videtur à sensu contrario*. Innoc. in *princ.* dicens: (Si tamen non sunt beneficiati, & in inferioribus ordinibus constituti, possunt coram seculari iudice litigare.) Host. num. 1. licet Codex sit mendosus. Joan. Andr. num. 2. *vers. Constituti vero*. Abb. in l. n. 4. *vers. Si verè est Clericus in minoribus.*

4 Sed circa hoc emergit duplex difficultas. Prima difficultas est, Numquid hæc prohibitio locum habeat in Clerico in sacris, qui de facto competens beneficium non habet.

Ad partem affirmativam inducitur hoc capitulum quod constituit differentiam inter Clericos in sacris, & in minoribus: nam Clericos in sacris prohibet fieri advocatos simpliciter, & absolute; in minoribus vero ita demum si stipendijs Ecclesiasticis sustententur. Ergo in sacris constituti prohibentur, licet beneficium non habeant. Et hæc differentiam agnoscunt Joan. Andr. Bald. Bellam. Burr. & omnes supra in summario. Praeterea ordinatus ad sacros sine competenti titulo potest agere contra Episcopum, ut sibi provideat, c. *Episcopos* si aliquem, & c. *Cum secundum, infra de preben.* Ergo non subest causa cur liceat ipsi advocacionis officium exercere. Et hæc partem sequitur glossa. hic, dicens de ijs, qui sunt in majoribus ordinibus aliud esse dicendum, quam de minoribus Clericis, quia illi in foro seculari advocare non debent, & sine titulo sunt promoti, Episcopus debet eis providere.

Contrarium, & melius tenet hic Host. num. 3. *vers. Sed & constituti*, & num. 8. ubi firmat, Clerici sacrorum ordinum, qui de facto egent, hæc necessitate instante, licitum esse etiam advocacionis officio sibi victum querere, arg. c. *Clericus victum*, 91. & l. 2. c. *De patr. qui sit, dist. 30. cap. Constitutum*; §. ult. de *obserpat. item*, & sequitur Abb. hic num. 4. Nec obstat consideratio gloss. quod talis egere non possit, cum Episcopus debeat ei providere. Quoniam ut respondet Abb. fortè hoc ab Episcopo obtinere non potest vel propter impotentiam, vel indigentiam Episcopi, vel aliam causam, & licet si licet Clerico in sacris opus rurale exercere,

ut c. 1. de *celebr. missar. d. c. Clericus victum*, ibi, *artificiose*, vel agricultura, 91. *dist. c. Nunquam*, de *consecr. dist. 5.* & ruralem materiam emere, ut illam redigat in aliam formam, ut cap. *Egyptus*, 88. *dist.* & notat gloss. in c. *Canonum*, 14. q. 4. quoniam & negociationem, seu mercaturam exercere, si ex artificio nequeat sibi victum comparare, ut dixi in cap. *Secundum instituta*, num. 8. & 9. *infra qui Clerici, vel Monachi*, longè magis eis licere debet urgente, ac necessitate victum sibi querere advocacionis officio. cum hoc magis congruat dignitati Clericali; nam Advocati dicuntur Republicam defendere, nec minus profunt humano generi, quam milites armate militiæ, ut l. *Advocati*, c. *De advoc. divers. iudic.* quod verius, & æquius videtur.

5 Secunda difficultas est, an prohibitio huius Decretalis vendicat sibi locum in Clerico in minoribus, qui licet beneficium Ecclesiasticum non obtineat, tamen aliunde habet unde commodè vivere possit.

Ad partem negativam inducitur hæc littera, quæ interdicit Advocacionis officium minoribus Clericis si redditibus Ecclesiasticis sustententur. Ergo à contrario sensu si non sustententur redditibus Ecclesiasticis, sed patrimonialibus vel aliunde quæsitis, non obtinebit hæc prohibitio.

Contrarium puto verum, quia Clericis minorum ordinum etiam non beneficiatis non licet secularibus negociis se immiscere, si aliunde habeant unde sustententur, ut lastissime probavi in c. 1. & n. 83. usque in fin. *infra Non Clerici, vel Monachi*. Officium autem advocacionis in foro seculari est unum ex quatuordecim secularibus negocijs, quæ Concilium Moguntinū interdicit Clericis in d. c. 1. per illa verba *In placitis secularibus disputare*, ubi gloss. allegat text. nostrum. Ergo hoc officium interdictum est Clericis etiam non beneficiatis si aliunde necessariam habeant sustentationem.

Nec refragatur hæc Decretalis, quæ videtur suam prohibitionem restrinxisse ad Clericos, qui sustentantur redditibus Ecclesiasticis. Quoniam in hoc respexit ad id, quod de jure esse debet, quia etiam ad minores ordines quis promoveri non debet sine titulo, ut c. *Non liceat*, & ibi dixi post gloss. 1. & Abb. num. 1. & 2. *infra de preben.* licet de facto non fervetur: sed si titulo careant de facto, & tamen aliunde habeant unde sustententur, idem dicendum videtur, quia cessat causa necessitatis, propter quam permittitur Clericis iustum negocium exercere ut in d. c. 1. *vers. Nec tamen iustum negocium*. Ne Cler. vel Monach. & notat gloss. in *summ. circa fin.* 14. *quasi*, 3. & Host. hic n. 8. *vers. Quid ergo si de facto egent*; & cum hoc capitulum in conditione illa, si redditibus Ecclesiasticis sustententur, respexerit unum, & determinatum finem, ut scilicet non immisceant se negocijs secularibus Clerici non indigentes; non refert quid ex æquipollentibus fiat ut l. *si. ff. Mandati*. Unde quamvis beneficium careant si tamen non egent, eo quod bonis patrimonialibus abundant, non videtur eis licere coram seculari iudice causas agere; c. *Quid pro necessitate*, 1. *quasi*, 1. ad hoc bonus textus in cap. *Episcopus*, 11. *terzo*, ibi (Nisi talis ordi-

ordinatus de sua, vel paterna hereditate sub-  
 dium vita possit habere, ] infra de praben. &  
 secundum hoc non erit differentia inter Cleri-  
 cos in sacris, & Clericos in minoribus, & con-  
 ditio illa, si *superdigi*, &c. ad omnes erit referen-  
 da; nam si habeant unde vivant, nec isti, nec illi  
 poterunt in negotiis secularibus patrocinari: si  
 vero non habeant, & indigeant, utique poterunt  
 tam illi, quam isti; nam necessitate cogente  
 etiam Clericis sacrorum Ordinum licitum est  
 postulare, ut hic firmant Host. num. 2. Jo. Andr.  
 num. 6. in ver. *Non presumunt*. & num. 11. *Circa*  
*fin. vers. Tamen si de factis egeant*: & Butr. n. 4.  
 & ita in hoc majores, vel minores Clericos pari  
 passu ambulare affirmat Abb. n. 4. *vers. Si vero*  
*est Clericus in minoribus*.

Nec prædictis adverstantur gloss. & Doctores  
 supracitati *nam*, 5. quia dum dicunt Clericos in  
 minoribus non beneficiatos posse postulare sup-  
 ponunt eos esse pauperes propter defectum titu-  
 li, sine quo de jure non sunt promovendi, ut  
 prædixi: & adde quod scripsi in cap. *Sicut te*,  
 num. 27. & *seqq. infr. Ne Cleric. vel Monach.* ubi  
 pluribus probavi, minores Clericos etiam non  
 beneficiatos si aliunde habeant unde sustententur,  
 non posse tabellionatus officium exercere, cum  
 & illud sit genus negotiationis.

7 Declaratur secundo principalis regula super-  
 ius firmata, ut locum habeat in foro seculari  
 dumtaxat, ut patet in text. ibi, *Coram seculari*  
*Judice*. Ergo à contrario sensu in foro Ecclesi-  
 astico Clerici etiam in sacris, & beneficiati pro  
 laico advocare non prohibentur: & ita per hanc  
 litteram tenent Innoc. num. 1. Abb. Antiq. num. 3.  
 Host. num. 8. in ver. *Seculari*. Cardin. in 1. not.  
 & communiter Doctores, ut Abb. Siculus testa-  
 tur num. 3. & idem Abb. in c. *Per venerabilem*,  
 num. 2. qui *si sit legitimus*, in c. 1. n. 3. *Ne Cler.*  
*vel Monach.* & in c. *Cum essent*, n. 2. de *testam.*  
 Feder. de Sen. conf. 270. *Quod Clericus*, in *prim.*  
 ubi respondit Clericum esse posse procuratorem  
 laici in Curia Ecclesiastica, adiciens hoc pro-  
 bari in c. *Per venerabilem*, *infra qui sit legit.*  
 ubi apparet Archiepiscopum Arelaten. fuisse  
 Procuratorem Regis in Audientia Papæ: &  
 notat Innoc. in cap. *un. num. 3. in ver. imitari*,  
*circa fin. vers. intelligo*, supra de *obligat. ad*  
*ratiocin.* confert text. in c. *Cum pridem*, supra de  
*patr.* quæ tamen declaratio fallit in Sacerdo-  
 te, qui nec in foro Ecclesiastico potest regulariter  
 patrocinari, ut plenè scripsi post Innoc. Jo. An-  
 dr. & alios in c. *ult. in 1. not. infra eod.* An  
 autem in casibus, in quibus Clericus potest esse  
 Advocatus, possit salarium exigere, vide tex-  
 tum in cap. 1. & §. *Hoc autem*, 15. *quæst. 2.* &  
 quod hic notant Abb. Antiq. num. 2. & aliter Abb.  
 num. 5.

9 Declaratur tertio, secundum Innoc. in dicto  
 c. *un. in fin. de obligat. ad ratioc.* ubi singulariter  
 sic ait: [ Ubicunque invenitur, quod Clerici  
 non possunt esse Procuratores, vel Advocati in-  
 telligendum est generaliter: nam unum negotium  
 Clericorum, vel Laicorum procurare, vel admini-  
 strare non prohibentur: ] & hoc dictum Inno-  
 centij sequuntur Archid. in c. *Per venit*, num. 1.  
 vers. *Iste tamen Innocentius*, 26. *dist. & Feder.*  
*de Sen. in præallegat. conf. 270. num. 1. vers. Po-*  
*test etiam esse Procurator*, Abb. in d. c. *Per ve-*

*nerabilem*, num. 2. *vers. Quinimo plus dicto*, qui *si sit*  
*legit.* & in c. *Cum 1. & 2. n. 12. vers. Secundo con-*  
*fero*, de *sent. & rejudic.*

10 Declaratur quarto, ut procedat in negotiis  
 secularibus tantum, prout loquitur hoc capi-  
 tulum. Unde à contrario sensu in negotiis, &  
 causis Ecclesiasticis Clerici etiam in sacris, &  
 beneficiati non prohibentur patrocinari coram  
 Judice seculari: & ita arguit Innoc. hic num. 3.  
 cui ad stipulantur Host. num. 9. in ver. *Negotijs*,  
 Jo. Andr. num. 3. in ver. *Secularibus* Butr. n. 3.  
 Card. in 14. *quæst. & reliqui omnes*.

11 Dicitur autem negotiis Ecclesiasticis, quod  
 coram seculari Judice tractari potest: ratione  
 personæ, veluti si Clericus agat contra laicum,  
 quia sequi debet illius forum, c. *Cum sit gene-*  
*rale*, & c. *Si Clericus laicum*, de *foro compet.* &  
 hinc collige Clericum posse pro Clerico postu-  
 lare in foro seculari; secundum Host. hic n. 11.  
 Jo. Andr. num. 3. in ver. *Secularibus*. Et est si-
 mile: nam Clericus non potest hie jubere pro  
 laico, c. *Tequidem*, n. 9. 1. & tamen potest pro  
 Clerico c. 1. 2. & 3. de *stipulis*, item dicitur nego-  
 tium Ecclesiasticum ratione delicti, ut quia  
 pro sacrilegio, vel alio crimine mixti fori Ecclē-  
 sia voluit convenire laicum coram Judice secu-  
 laris, quod potest, ut in d. c. *Cum sit gener.*  
 Item ratione rei, de qua agitur, puta quia est  
 Ecclesiæ secundum Host. d. n. 10. In his casibus  
 poterit Clericus esse advocatus etiam in foro  
 seculari, ut hic per Abb. num. 3. in ver. *In*  
*negocijs secularibus*.

12 Declaratur quinto pro Clerico postu-  
 lare in foro seculari; secundum Host. hic n. 11.  
 Jo. Andr. num. 3. in ver. *Secularibus*. Et est si-  
 mile: nam Clericus non potest hie jubere pro  
 laico, c. *Tequidem*, n. 9. 1. & tamen potest pro  
 Clerico c. 1. 2. & 3. de *stipulis*, item dicitur nego-  
 tium Ecclesiasticum ratione delicti, ut quia  
 pro sacrilegio, vel alio crimine mixti fori Ecclē-  
 sia voluit convenire laicum coram Judice secu-  
 laris, quod potest, ut in d. c. *Cum sit gener.*  
 Item ratione rei, de qua agitur, puta quia est  
 Ecclesiæ secundum Host. d. n. 10. In his casibus  
 poterit Clericus esse advocatus etiam in foro  
 seculari, ut hic per Abb. num. 3. in ver. *In*  
*negocijs secularibus*.

14 Declaratur quinto proposita regula, ut non  
 procedat in causa propria in qua Clericus quili-  
 bet bene potest esse Advocatus in foro seculari,  
 ut patet in textu ibi, *Nisi propriam causam*, &  
 notat Innoc. num. 1. *vers. Sacerdotes autem*,  
 neque enim cogitur in propria causa Procura-  
 torem constituere, c. *Quærelam*, *infra de Procur.*  
 15 & facilius est per se agere, quam alium con-  
 ducere, secundum Host. hic num. 12. Jo. Andr.  
 num. 7. & Bellam. num. 1. in ver. *Propriam causam*,  
 & vide gloss. in c. *De occidentis*, in ver. *Pro se*,  
 se 23. q. 5.

16 Declaratur sexto, ut non procedat in causa  
 Ecclesiæ suæ, cui Clericus deesse non debet, se-  
 cundum Hostiens. num. 12. Jo. Andr. num. 7.  
 & Bellam. n. 1. omnes in verb. *Ecclesiæ suæ*.

18 Declaratur septimo, ut locum non habeat in  
 causis miserabilium personarum, ut viduarum,  
 pupillarum, orphanorum, & consimilium, quæ  
 proprias causas administrare non possunt, ut di-  
 citur in text. & probatur in c. 1. & per tot. 27. *dist.*  
 & idem dicendum de alijs personis, quæ nume-  
 rantur in l. 1. §. *fin.* & *quingue ll. seq. de postul.* se-  
 cundum Innoc. hic in *fin.* Host. num. 12. & 13. Jo.  
 Andr. num. 7. Bellam. num. 1. in ver. *Miserabilibus*  
 & *plenus in 1. not.*

18 Verum idem Host. num. 13. ponderando verba  
 illa textus, quæ proprias causas administrare  
 non possunt, dicit legem non esse verbis, sed  
 rebus propriis imponendam, l. 2. in *fin. C. comm.*  
*de leg.* Ideoque non omnes viduas, & pupillos  
 reputari miserabiles, quia multoties sunt divites,  
 & potentes; quare in talibus magis est confide-  
 randa oppressio potentia, quam denominatio:  
 de quo remittit ad ca. quæ notantur in  
 c. *Significavitibus*, supra de *offic. delegat.* & cum  
 le-

sequuntur hic totidem verbis Jo. Andr. num. 8.  
 in ver. *Non possunt*, Bellam. num. 1. in eod. ver.  
 Cardin. in c. *nat.* qui restringit hunc textum  
 ad impotentes propter sumptus: & sic ad pau-  
 peres: & Abb. in 3. *notab.* dicens ad hoc non  
 sufficere miserabilitatem in habitu, sed debere  
 esse in actu; quia textus hoc non permittit indi-  
 stinctè pro miserabilibus, sed pro illis, quæ pro-  
 prias causas administrare non possunt, ut quia  
 sunt viduæ, & pauperes, vel si sint divites non  
 reperiuntur advocatos. Tu adverte, quia secundum  
 hæc pro vidua, vel pupillo, aut orphano divite  
 Clericus in foro laico patrocinari non poterit,  
 nisi in casu oppressionis, quod non puto verum,  
 quia in his personis non requiritur oppressio,  
 sed consideratur ipsa miserabilitas propter for-  
 tumque injurias, ut probat text. in l. *un. §. Quod si*  
*pupilli*, c. *Quando Imper.* *inter pupill.* & vid.  
 ibi, præsertim cum alicujus potentiam perhor-  
 rescunt: ponderando dictionem, præsertim, quæ  
 implicat idem in casu contrario, pro ut illum  
 textum ad hoc ponderat Nata conf. 590. *Circa*  
*presentem*, num. 3. Alioquin soli pauperes po-  
 tirentur privilegio miserabilium personarum, &  
 jura frustra expressissent viduas, pupillos, seni-  
 os confectos, debiles, & diuturno morbo fatigatos,  
 ut in d. l. *un.* & alios, de quibus per Innoc. & DD.  
 in d. cap. *Significavitibus*, de *offic. Deleg.* Nec  
 placet expositio Cardinalis, quod personæ mi-  
 serabiles hic dicantur, quæ res proprias admini-  
 strare non possunt, id est quoad sumptus. Imò  
 enim textus considerat potius impotentiam ex  
 ipsa miserabilitate provenientem, videlicet,  
 quia vidua propter sexus imbecillitatem, & ca-  
 rentiam viri, pupillus, & orphanus propter de-  
 fectum ætatis, & parentum rebus suis superesse  
 non possunt, nec habent defensorem, ut bene  
 per Natam d. conf. 590. num. 8. ad hoc c. *De*  
*responsionibus*, 27. *dist.* ubi [ desolatis auxilio, & qui  
 suis actibus adesse præ ætatis infirmitate non pos-  
 sunt ] pondera, quia non dicitur propter sum-  
 ptus, sed propter ætatis infirmitatem. Unde  
 illorum patrocinium suscipere opus pietatis est,  
 quod & Sacerdotes decet impendere, ut c. 1. &  
 per tot. ead. *dist.* quamobrem consimilia privi-  
 legia competere personis miserabilibus etiam si  
 divitijs affluant, latissimè defendimus in prædi-  
 cta Decretali *Significavitibus*, à num. 40. *vers.*  
*Contrarium tenet Azov*, usque ad num. 58. & hic jun-  
 ge quod de cæco divite scripsi in cap. *Licet* à n. 9.  
 usque ad n. 15. *infr. de conf.*

19 Declaratur octavo eadem regula ultra tex. ut  
 non procedat in causa conjuncti, seu consanguinei,  
 in qua Clericus bene potest esse advocatus  
 in foro seculari, ut in c. *final. infra eod.* se-  
 cundum Innoc. hic num. 1. in ver. *Sacerdotes autem*,  
 Perrum de Sampone. Abb. Antiq. & Host. quos  
 sequitur Jo. Andr. num. 7. in ver. *Personæ*,  
 Bellam. num. 1. *circa finem in eod. ver.* Sed glossa,  
 in d. c. *final.* dicit non esse verum indistinctè, ut  
 Sacerdotes possint postulare pro conjunctis, sed  
 solum quando sunt impotentes, vel ita bonum  
 Advocatum invenire non possunt: & sequitur  
 Anchar. hic num. 2. qui videtur restringere illum  
 textum ad conjunctos si sunt miserabiles, aliàs  
 non per gloss. præallegatam. Sed certè hæc est  
 magna restrictio ad illum textum, qui loquitur  
 alternativè, ibi: *Pro personis conjunctis, aut mi-*  
*serabilibus*.

serabilibus: tamen bene dicit, quia textus  
 hoc permittit sub illa conditione, si necessitas  
 immineat: & vide quod ibi plenius scripsi num. 7.  
 & *seqq.*

20 Declaratur nono, ut quamvis Clericus regu-  
 lariter prohibeatur postulare, non tamen pro-  
 hibetur domi allegationes conficere, & consili-  
 um petentibus dare etiam inscriptis, secundum  
 21 Alciat. *respons. 91. num. 4.* Nam postulare est de-  
 siderium suum, vel amici sui in jure apud eum,  
 qui jurisdictioni præest, exponere, vel alterius  
 desiderio contradicere, c. *Infames*, §. *Sunt au-*  
*tem*, 3. q. 7. l. 1. §. *Postulare*, si de *postul. gloss.* in  
 cap. *ult. in ver. Postulare*, *infra eodem*. Pondera  
 illa verba, *in jure*, id est in loco, in quo solet jus  
 reddi, ut l. *penult.* §. *final.* ff. *De iust. & iur.* &  
 exponit gloss. in d. l. 1. in ver. *In iure*, ex quo se-  
 quitur, ut prohibitus postulare non censetur  
 prohibitus domi consilium: & hoc tenet Bartol.  
 in l. 1. §. *Advocatus*, num. 5. & 4. ff. *De ver. &*  
*extraordin. cognit.* Abb. supra in *Rubr.* num. 1.  
 Alciat. *resp. 30. num. 22. vol. 1. Rotella*, Angel.  
 Sylvester, Arnul. & Tabien. omnes in ver. *Advoca-*  
*tus*, in *prim.*

22 Declaratur ultimo (supra scripta regula, ut non  
 obtineat in Curia Romana, ubi contrarium  
 servatur de consuetudine) ut attendatur Octavi-  
 anus Vesterius in *sua prædica lib. 3. c. 4. n. 4.* di-  
 cens [ ex tolerantia Pontificis servatum esse,  
 ut Clerici in Romana Curia Advocacionis, &  
 Procuracionis publica munera exerceant contra  
 juris regulas. ] Maiol. de *regul. lib. 5. c. 19. n. 4.*  
 & novissimè Stephan. Gratian. *discept. forens.*  
 c. 57. num. 38.

23 Porro in omnibus illis casibus, in quibus di-  
 ctum est, Clericum posse in foro seculari advo-  
 cacionis officio fungi, hoc limitari debet, ut non  
 procedat in causa sanguinis, in qua Clericus se  
 immiscere non debet etiam ad defensionem accusa-  
 ti propter periculum irregularitatis, si forte ex-  
 eius imperitia accusatus succumbat, & de capi-  
 tatur, vel mutiletur; vel propter ipsius Advoca-  
 ti malitiam, & cavillationem, poenam talionis su-  
 beat accusator, ut hic firmat Host. n. 6. cum quo  
 Jo. Andr. n. 11. & ceteri transeunt, & vide eund.  
 Host. in c. *Ad audientiam*, n. 11. *vers. Quod si ali-*  
*quis*, de *homic.* cuius dicta hæc transtulit Jo. An-  
 dr. ubi supra, ubi quærit de Clerico jurisper-  
 24 rito, qui fratrem suum accusatum criminaliter  
 suo patrocinio adjuvit, adeo ut absolutus fuerit,  
 & accusator ultimo supplicio affectus, an sit ir-  
 regularis: & arguit pro, & contra, & post proli-  
 xam disceptationem videtur concludere Clericum  
 non esse irregulare, si reus absolvatur ex eo, quia  
 accusator nil probavit, vel probavit per falsos  
 testes, de hoc cōvictos tunc enim videtur potius  
 ex propria calumnia damnari, quam ex factis Ad-  
 vocati ipsius rei. Secus verò si constaret reum  
 esse culpabilem, & advocatus suis falsis proba-  
 tionibus, & allegationibus illum obtinisset ab-  
 solvi, vel alias directè, & sine protestatione, vel  
 contra protestationem veniendo calumniam,  
 accusatoris arguisset, propter quod accusator  
 fuisset decapitatus: nam hoc casu Clericus abs-  
 que dubio esset irregularis. Subdit tamen Host.  
 quod & si hæc magistratiter, & ad Rudentium  
 exercitium scripserit, huius tamen dubij solu-  
 tionem Papæ reservat, ad quem pertinet iustif-